Cuius ordinē curationis inſinuat
dicens. Miſit digitos ſuos in auri-
culas eius/ ꝛ expuēs tetigit linguā
eius/ ꝛ ſuſpiciēs in celū ingemuit: et
ait illi. Effeta: qꝺ eſt adaperire. Et Ubi. s.
ſtatim aperte ſunt aures eius: ꝛ ſolu
tū eſt vinculū lingue eius/ ꝛ loqueba
tur recte. Quid ē enī qꝺ creator om
niū deꝰ cū ſurdū ꝛ mutū ſanare vo-
luiſſet in aures illiꝰ ſuos digitos mi
ſit: ꝛ expuens linguam eius tetigit?
Quid ꝑ digitos redēptoris niſi do-
na ſancti ſp̄us deſignat͛? Unī cū in lo Luc. xj
co alio eieciſſꝫ demoniū/ dixit. Si in
digito dei eijcio demonia/ ꝑfecto ꝑ-
uenit in vos regnū dei. Ex q̄ vtroqꝫ
loco colligit͛: q̄ digitus ſp̄us vocat͛.
Digitos igit͛ in auriculas mittere ē:
ꝑ dona ſācti ſp̄us mētē ſurdi ad obe
diēdū apire. Quid ē v̄o qꝺ expuēs
linguā eiꝰ tetigit? Saliua nobis eſt
ex ore redēptoris accepta ſapiētia in
eloq̄o diuino. Saliua quippe ex capi-
te defluit in ore. Ea ḡ ſapiētia q̄ ipſe
eſt dū lingua noſtra tangit͛: mox ad
predicationis verba formatur. Qui Mar. vij
ſuſpiciens in celum ingemuit/ nō ꝙ
ipſe neceſſariū gemitum haberet q̄
dabat qꝺ poſtulabat/ ſed nos ad eū
gemere qui celo p̄ſidet docuit/ vt au
res noſtras ꝑ dona ſp̄us aperire/ et
linguā per ſaliuam oris. i. per ſciam
diuine locutionis ſolui debeat ad v̄
ba p̄dicationis. Cui mox effeta. i. ad
aperire dicit͛: ꝛ ſtatim aperte ſunt au

res eius: ⁊ ſolutū eſt vinculū lingue
eius. Qua in re notandū eſt/ q̄a pro⸗
pt᷑ clauſas aures dictū ē adaperire
Sed cui aures cordis ad obedien⸗
dū apte fuerint: ex ſubſequenti pro⸗
culdubio etiā lingue eius vinculum
ſoluet᷑: vt bona q̄ fecerit ipſe etiā faciē
Nota. da alijs loquat᷑. Ubi ⁊ bene additur
⁊ loquebat᷑ recte. Ille enī recte loqui
tur: q̄ pri⁹ obediēdo fecerit q̄ loquē⸗
do āmonet eſſe faciēda.

In Ezechielis homelia .ix. ſecūde
partis ⁊ moraliū libro primo.

De penitētibus. Capitulū .xxvij.

mar. viij. Miſereor ſuper turbam. Opor⸗
tet vt p̄dicatores pctōribus in
pctō poſitis p̄dicent. ⁊ cū iam cepe⸗
rint pctā relinquere ⁊ ad innocentiā
feſtinare: neceſſe eſt vt erga eos i ore
doctoris incrementa p̄dicationis ex
creſcāt ⁊ q̄buſdam doctrine ſue ver⸗
bis: tanto vehemētius inſiſtāt q̄nto
eos grauius cecidiſſe ꝯſiderāt. Libet
inter hec ad mediū euangelij v̄ba de
ducere: cuius ſacra hiſtoria per hoc
qḋ factū miraculū narrat/ mira q̄ q̄
tidie agunt᷑ denunciat. Nam cū feſſi
⁊ ieiuni ad dn̄m populi conueniſſent
Ubi. ſ. diſcipulis ſuis dixit. Miſereor ſup
turbā: q: ecce iā triduo ſuſtinēt me/
nec habēt qḋ māducēt/ ⁊ ſi dimiſero
eos ieiunos in domū ſuā deficiēt in
via/ q̄dam enim ex eis de longe vene
rūt. Turba dn̄m triduo ſuſtinet/ quā
do multitudo fideliū pctā que perpe
trauit ꝑ penitentiā declināſ ad dn̄m
ſe in opere: in locutione: ⁊ in cogita⸗
tione cōuertit. Quos dimittere ieiu
nos in domū ſuā dn̄s nō vult ne de
ficiant in via: q̄a videlicet cōuerſi pctō
res in p̄nti vite via deficiūt/ ſi in ſua
conſcientia ſine doctrine ſue pabulo
dimittunt᷑. Ne q̄ laſſent᷑ in huius ꝑe
grinationis itinere/ paſcendi ſunt a
doctoribus ſacra āmonitione ſicut
alibi de eſurientibus plebibus apl̄is
p̄cepit dicens. Date illis vos mādu mar. viij.
care. Et rurſū. Nolo eos dimittere Mar. vi.
ieiunos: ne deficiant in via. Ac ſi di⸗
ceret. In p̄dicatione v̄ra v̄bum con⸗
ſolationis accipiāt/ ne a veritatis pa
bulo ieiuni remanētes in huius vite
labore ſuccūbant. Ualde aūt penſā⸗
da eſt pia ſententia que p̄ceſſit ex ore
veritatis qua dr̄: quidā enim de lōge
venerūt. Eſt aliq̄s qui nil fraudis:
⁊ nil carnalis corruptionis expertus/
ad omnipotentis dei ſeruitiū feſtina
uit. Iſte de longinquo nō venit: q̄a ꝑ
incorruptionē ⁊ innocentiā proximus
fuit. Alius nulla impudicitia: nullis
flagicijs inq̄natus/ ſolū autē ꝯiugiū
expertus ad miniſterium ſpūale ꝯuer
ſus eſt. Neq̄ iſte venit de lōginquo/
q̄a vſus cōiunctione ꝯceſſa per illici
ta non errauit. Alij vero poſt carnis
flagicia alij poſt falſa teſtimonia/ alij
poſt facta furta/ alij poſt illatas vio⸗
lentias: alij poſt ꝑpetrata homicidia
ad penitentiā redeūt: ⁊ ad omnipotē
tis dei ſeruitiū cōuertunt᷑/ hi videlicet
ad deū de longinquo veniūt. Quā⸗
to etenim quiſq̄ plus in prauo ope⸗
re errauit/ tāto ab omnipotente dn̄o
lōgius receſſit. Nam ⁊ p̄digus filius Lu. xv.
q̄ patrē deſeruit abijt in regionē lon
ginquā/ in qua porcos pauit/ q̄a vi⸗
tia nutriuit. Dantur igitur alimēta
etiā eis qui de longinquo veniunt/
q̄a cōuerſis pctōribus doctrine ſan⸗
cte cibi prebēdi ſunt: vt in deo vires
reparentur/ quas in flagitijs amiſe⸗
runt q̄a ſepe a doctoribus tāto neceſſe
ē vt largioribus cibis doctrine ſaciēt

quāto feſſi maio ibꝫ vitijs venerāt.

De ꝯtemplatione. Cap. xxviij.

mar. viij. Uenit Jeſus bethſaida ꝛ addu-
cunt ei cecū: ꝛ rogabant eū vt
illū tangeret. Et apphendēs manū
ceci eduxit eū extra vicum. ꝛ expuit
in oculos eius impoſitis manibus
ſuis. Sūt quedā cōtēplatiue vite q̄
per quaſdā modo imagines vident
vt poſtmodū ſicut ſūt in ipā ſua vir
j. cor. xiij. tute ꝛ natura videant/ nam paulus
ait. Uidemꝰ nūc ꝑ ſpeculū ꝛ in enig
mate/ tunc autē facie ad faciem. Et
cecus cū impoſitione manuū redem
ptoꝛis iā lumē ſcipere cepiſſꝫ: requiſitꝰ ē
Ibidem q̄d videret Et aſpiciens ait. Uideo
homines velut arbores ambulātes.
Homo quippe natura ratiōalis eſt:
arboꝛ autē nec ſenſibilis eſt: nec vi-
uit. Et q̄d iſte illuminatus cecus ſi
gnificat/ niſi genus humanuꝫ. Cui
cū dñs cōtēplationis oculos aperit/
ꝓus q̄dā in enigmate cōſpicit/ vt pꝰ
modum illa vera ꝛ rationabilia cele
ſtiū agmina ſicut ſūt poſita aſpiceꝛꝫ
vnde ꝛ illic ſubditur. Deinde iterū
impoſuit manus ſuꝑ oculos eius/ ꝛ
cepit videre/ ꝛ reſtitutꝰ eſt/ ita vt vi-
deret clare omnia. Prius itaqꝫ per
ſpeculū vidit ꝛ ſimilitudinē: vt poſt-
modū clare videret ꝛ perfecte.

In tranſfiguratione dñi. Moralium libro. xxiij. Cap. xxix.

Nouiter conuerſi prius ſuauita-
tem ſecuritatis ſentiuntꝗ. prius
pacis q̄ete nutriūt. poſt cōgnitā ve-
ro dulcedinem tāto iam tolerabilꝰ
tentationū certamina ſuſtinent/ quā
to in deo altius cognouere q̄d amēt
Unde ꝛ Petrus prius in mōteꝫ du-
cit. prius claritatē trāſfigurationis
dñice ꝯtēplatur, ꝛ tūc demū tentari
ancilla interrogante ꝑmittit/ vt per
tentationē factus ſibi ex infirmitate
cōſcius/ ad illud flendo ꝛ amādo re-
curreret q̄d vidiſſet. ꝛ cū eū timoꝛis
vnda in peccati pelagus raperet/ eſſet
ꝓoꝛis dulcedinis anchoꝛa q̄ retineꝛꝫ

Moralium libro. xxxij. Ca. xxx. Dañ. vij.

Et veſtimēta eius facta ſunt cā
dida ſicut nix. Dominꝰ ſanctis
omībus quibus dictū eſt. Uos eſtis Mat. v.
lux mūdi. in illa eterna gloria veſtie-
tur: vnde ꝛ per euangeliuꝫ dicit/ q̄a
transfigurato in mōte dño veſtimē-
ta eius facta ſunt candida ſicut nix.
In qua trāſfiguratione q̄d aliud q̄ꝫ
reſurrectionis vltime gloria nūciat
In monte eīm veſtimenta eius ſicut
nix facta ſunt/ q̄a in ſuꝑne claritatis
culmine omēs ſancti luce fulgentes
iuſtitie ei adherebunt.

Moraliū libro. viij. Cap. xxxj.

Dixit Petrus ad Jeſuꝫ. Rabbi Mat. xvij.
bonuꝫ eſt nos hic eſſe: faciamꝰ Mar. ix.
hic tria tabernacla. Tibi vnū Moy
ſi vnum: ꝛ Helye vnū. Non eīm ſcie-
bat quid diceret. Sicut tabernacu-
lum cōſtruitur vt ab eſtu corpus ꝛ
frigoꝛe defendat: ſic reprobi terrene
felicitatis edificia ſuper ſe caſura cō-
ſtruentes multiplicant/ vt ſe a preſen
tis vite neceſſitatibus quaſi ab eſtu
ꝛ imbribus defendant. Honoribus
eīm excreſcere ambiūt ne deſpecti vi
deant: terrena aggregando exagge
rant/ ne inopie frigoꝛe tabeſcāt. Ubi
ergo mentis habitationeꝫ cōſtruūt
ibi proculdubio tabernacula figunt
At contra iuſti gaudēt in hac terra
deſpici: nec dolent ſe neceſſitatibus
affligi: ꝛ q̄a cōtra ꝑſentia ſe aduerſa
nō muniūt q̄ſi contra eſtꝰ ꝛ pluuias
habere tabernacula nolūt. Hinc eſt

Heb.xj. q̄ᵭ atteſtāte paulo. Abrahā in caſis
habitabat/q̄a habētez fūdamēta ci-
uitatē quā ſupn⁹ artifex ↄſtruxit ex-
pectat. Vn̄ ꝛ petrus iure rep̄hēdit̄/
q̄a necdū ment꜡ ꝑfectiōe roboratus
veritatis claritate cognita figere ta-
Luc.xij. bernaculū in t̄ra conat̄. Qui īmuni-
tū ſibi diues ille tabernaculū ↄſtrux
erat q̄ dicebat. Anima habes multa
bona repoſita in ānos mltos/requi-
eſce/comede/ꝛ bibe/ꝛ epulare. Sed
q̄a tabernaculū ei⁹ in veritat꜡ fūda-
mēto n̄ ſubſtitit/illico audiuit. Stul
te hac nocte repetent aīam tuā abs
te: q̄ aūt p̄paraſti cui⁹ erūt? Vite em̄
fugient꜡ amatores dū ſtudioſe ſe in
p̄ſentib꜡ ↄſtruere conāt̄/ad eternam
repente penā rapiunt̄.

Moralīū libro.xx. De cōuerſione
iudeoꝝ per Helyam Ca.xxxij.

mat.xvij. HElyas venturus eſt ꝛ reſtituet
oīa. Q̄uis ad celum raptus He
lyas eſſe ꝓhibet̄/mortē tn̄ diſtulit nō
ps.lxxx viij. euaſit. Quis eſt em̄ hō q̄ viuit ꝛ non
videbit mortē? Veniet itaq꜡ reſtitu-
tur⁹ om̄ia/q̄niaz ad hoc nimiꝝ huic
mūdo reſtituet̄/vt ꝛ munera p̄dica-
tiōis impleat/ꝛ carnis debitū ſoluat

Moralīū libro.xxxv. ꝛ in Ezechi-
elis homelia duodecima.

¶ Sciēdū q̄ppe eſt ꝙ ſancta eccl'ia
q̄uis nūc iudeos amiſerit: in fine tn̄
huius ſeculi dupliciter recipit/quā-
do gētibus ad plenū ſuſcept꜡ ad ei⁹
fidem currere om̄is q̄ tunc inuenta
fuerit etiā iudea cōſentit. Hinc nāq꜡
Rom.xj. ſcriptū eſt. Donec plenitudo gentiū
intraret/ꝛ ſic om̄is iſrael ſaluus fie-
ret. Hinc in euangelio veritas dicit.
Mat.xvij. Helyas veniet/ꝛ r̄ſtituet om̄ia. Nūc
em̄ amiſit iſraelitas eccl'ia q̄s cōuer-
tere p̄dicādo nō valꝫ/ſꝫ tunc helya p̄-
dicante q̄tquot inuenerit colliget/ꝛ
q̄ᵭ amiſit plenius recipiet. Ex plebe
q̄ppe iudaica q̄tquot inuēti fuerint
cōuertent̄/ꝛ ad helye p̄dicatiōnē ml-
ti ex his q̄ tūc ex iudeis in infidelita
te remāſerūt/ad cognitionē veritat꜡
redeūt/ꝛ dn̄m Jeſum iā nequaq̄ q̄ſi
purū hoīem contēdentes eius diui-
nitati ſe inherere congaudebūt.

Moralium libro.xj.

¶ Judei nāq꜡ ante incarnationē do
mini euz eſſe venturꝰ crediderunt/ꝛ
ānūciauerūt. ſed poſtq̄ in carne ap-
paruit: hūc eſſe negauerūt. ꝛ quē vē-
turꝰ dixerāt p̄ſentē contēpſerūt: ꝛ ne
quaq̄ ea credēdo ſecuti ſūt q̄ patres
ſuos p̄dixiſſe meminerūt. Helyas āt mala.iiij.
veniēs (ſicut p̄ malachiā dicit̄) redu-
cet corda filioꝝ ad patres eorum/
qm̄ hoc de dn̄o incipient filij intelli
gere helya p̄dicāte/q̄ᵭ patres eorum

Moralīū libro.xxij. ꝛ (p̄dicauere
Ezechiel' homelia.iiij: De ꝑfectu fidei

Capitulum.xxxiij.

CRedo dn̄e, adiuua incredulī- Mar.ix.
tatē meā. Fides noſtra ad ꝑfe-
ctionē ſuā q̄buſdaz gradibus ducit̄
q̄a pars eius prius accipit̄/vt in no-
bis poſtmodū ꝑfecte ↄpleat̄. Hinc
eſt q̄ᵭ redēptori noſtro a diſcipulis
Lu.xvij. dicit̄. Auge nobis fidē. vt q̄ iam ac-
cepta p̄ initiū fuerat q̄ſi p̄ argumen-
ta graduū ad ꝑfectionē veniret. Si
em̄ in credent꜡ mēte nō ꝓficeret: qui
dā veniēs ad dn̄m q̄ curari volebat
filiū ſuū ꝛ interrogatus an crederet
minime dixiſſet. Credo dn̄e adiuua
incredulitatez meā. Pēſate rogo q̄ᵭ
dicit̄. Si credebat/cur incredulita-
tē dicebat? Si vero incredulitatem
habere nouerat/quō credebat. Sed
q̄a per occultam inſpirationē gratie

meritoꝝ ſuoꝝ gradibꝰ fides creſcit/
vno eodēqꝫ tp̄e/is q̄ necdū perfecte
crediderat ſil' ⁊ credebat/⁊ incredulꝰ
erat. Adhuc ḡ aſcēdebat ad fidē quā
iā pceperat/q̄a ⁊ iā ſe credere ⁊ adhuc
ex incredulitate turbari clamabat

Moralium libro.xxxij. De tenta
tionibus. Capitulum.xxxiiij.

Mar.j. Comminatꝰ eſt Ieſus ſpūi im=
mundo. Cū antiquꝰ hoſtis ali=
quē tentare incipit prius quaſi con=
ſulēs blanda ⁊ illicita animo ſuggerit:
poſt ad delectationē pertrahit/ad ex
tremū per ꝯſenſionē poſſidēs violen
ta peccādi ꝯſuetudine pene inſolubi
liter conſtringit. Hinc eſt ꝙ nōnulli
Nota. pctā lōgo vſu ꝑpetrata in ſemetipſis
ipſi rephēdunt:⁊ hec ex iudicio fugi=
ūt/ſed vitare opē nec decertātes poſ=
ſūt. Sciēdū eſt etiā ꝙ plerūqꝫ eis q̄s
cepit tūc grauiores culpas ingerit/
cū p̄ntis vite termino illos propinq̄
re cognoſcit.⁊ quos ꝑ initia praua
cepit ad finem deteriores reddit. vt
eius tentamēta quo citius ceſſatura
ſunt:valentius ꝯpleant'/Qr enī ſuis
penis coꝝ ſatagit equare ſuppliciū
in eis ardentius añ mortē nitit' exag
gerare pctm̄. Plerūqꝫ iam cor male
ſubditū poſſidet/ſed tn̄ illū diuina ḡ
tia repellit.⁊ minime manus eijcit
quē ad ſe captiua voluntas introdu
xit. Cumqꝫ a corde expellit'/acriores
infigere ſtimulos inqtatū conat'/vt
eos tentationū fluctus mēs ab illo
īpugnata ſentiat/quos etiā poſſeſſa
neſciebat. Qd̄ bene in euangelio exp
mit':cū exire de homine ſpūs imun=
dus domino iubente narratur. Nā
cum demoniacus puer fuiſſet obla=
tus ſcriptum eſt. Cominatus eſt Ie
Mar.ix. ſus ſpūi immūdo dicens. Surde et
mute ſpūs ego tibi p̄cipio exi ab eo/⁊
amplius ne introeas in eū. Et excla=
mās/⁊ multū diſcerpens eū/exijt ab
eo. Ecce non eū diſcerpſerat cū tene
bat:exiēs diſcerpſit/q̄a tūc nimirum
peiꝰ cogitatiōes mentē dilaniat/cū
iā egreſſui diuina virtute cōpulſus
appropinquat. Et quē mutus poſſe
derat:cū clamoribus deſerebat/q̄a
plerūqꝫ cū poſſidet minora tentamē
ta irrogat:cū vero de corde pellitur/
acriori infeſtatione ꝑturbat. Hoſtis
itaqꝫ cor hominis poſſidens ſemper
ex malicia ex poſterioribus creſcit/⁊
cor deſerens vehemētioribus cogi=
tationum ſtimulis percutit. Tanto
igitur quiſqꝫ debꝫ initia tentationis
fugere/q̄to finē eius intelligit citꝰ
ſolui nō poſſe. Superabile nāqꝫ eſt
om̄e qd̄ hoſtis initio ſuggerit. ſed in
de ſeq̄tur qd̄ vinci vix poſſit.

De conuerſis ad deum. Mora=
lium libro.x. Capitulū.xxxv.

Et factus eſt ſicut mortuꝰ. Car=
nales hoīes illos q̄ſi mortuos
deputant quos neqꝫq̄qꝫ ſecum viuere
carnaliter pēſant. qui.ſ.ea nō habēt
q̄ ipſi vel habent vel ſolūmodo amāt
Qui enim ab huius mūdi appetitu
moritur/a terrenis profecto menti=
bꝰ omnimō extinctus eſtimat'. Qd̄
bene noſtri miraculum redēptō=
ris ſignat/cum ab immūdo ſpiritu
hoīem liberat/de quo ſcriptum eſt.
Clamās ⁊ multū diſcerpēs exijt ab
eo:⁊ factus eſt ſicut mortuus:ita vt
multi dicerent quia mortuus eſt. Ie
ſus autem tenens manum eius ele=
uauit eum/⁊ ſurrexit. Velut mortuꝰ
quippe oſtenditur qui a maligni ſpi
ritus poteſtate liberatur/quia quiſ=
quis iam terrena ſubigit:vitam in ſe
carnalis ꝯuerſationis extinguit. Et

mūdo mortu⁹ apparet: qa poſſeſſore
prauo q̄ per imūda deſideria ſe agi-
tabat caret. Quē m̄lti mortuū dicūt/
quia q̄ ſpūaliter viuere neſciūt: eum
qui carnalia bona nō ſequitur extin-
ctū funditus arbitrant̄.

In paſtorali caplo. ij. De prelatis
peccātib⁹ Capitulū. xxxvi.

Matth. xix. QUi ſcādalizauerit vnū d̄ puſil
lis iſtis. Nemo ampli⁹ in eccl̄a nocet
q̄ȝ qui p̲uerſe agens nomē vl' ordinē
ſanctitatis habet. Delinquentē nāq̄ȝ
hūc redarguere nullus p̄ſumit: ⁊ in
exemplū culpa vehemēter extēditur
Nota quādo ꝓ reuerētia ordinis peccator
honorat̄. Indigni autē quiq̄ȝ tanti
reatus pōdera fugerēt: ſi veritatꝫ ſen
tentiam ſollicita cordis aure pēſarēt
que ait. Qui ſcandalizauerit vnū de
puſillis iſtis qui in me credūt/ expe-
dit ei vt ſuſpēdatur mola aſinaria in
collo eius: ⁊ demergat̄ in profunduȝ
maris. Per molā quippe azinariam
ſecularis vite circuitus ⁊ labor expri
mitur: ⁊ per profundū maris extre-
ma damnatio d̄ſignatur. Qui ergo
ad ſanctitatis ſpeciē deduct⁹ vel ver-
bo ceteros deſtruit vel exēplo: meli⁹
profecto fuerat vt hūc ad mortē ſub
exteriori habitu terrena acta cōſtrin
gerent q̄ȝ ſacra officia in culpa ceterꝫ
imitabilē demōſtrarent. quia nimiꝝ
ſi ſolus caderet vtcunq̄ȝ hūc tolera-
bilior inferni pena cruciaret.

De eodem. Moralium libro. vi.
Capitulum. xxxvij.

QUid per molam azynariā/ niſi
terrena actio deſignatur? Que
dum colla mētis per ſtulta deſideria
cōſtringit/ hanc in laboris circuitum
mittit. Quid vero per mare niſi p̄ſens
ſeculum figurat̄? Sunt itaq̄ȝ nōnul-
li qui dum terrenas actōes deſerūt/
⁊ ad cōtemplatiōis ſtudiū humilita-
te poſtpoſita vltra vires intelligētie
ſurgūt: non ſolū ſe in errorē deijciūt/
ſed infirmos quoſq̄ȝ a gremio vnita-
tis diuidūt. Qui igitur vnū de mini
mis ſcandalizat/ meli⁹ illi fuerat liga
ta collo mola azynaria in mare p̄ijci:
quia nimiꝝ p̲uerſe mēti expeditius
eſſe potuiſſꝫ: vt occupata mūdo ter-
rena negocia ageret/ q̄ȝ p̲ ꝯtēplatōis
ſtudia ad multoꝝ p̲niciem vacaret.
Sūt enim nōnulli inquieti ſpūs qui
dū plus exquirūt ꝯtemplando q̄ȝ ca
piunt/ vſq̄ȝ ad p̲uerſa dogmata erū-
punt. ⁊ dū veritatis diſcipli eſſe hu-
militer negligūt/ magiſtri eoꝝ fiūt.

In paſtorali. caplo. xlvi. ⁊. xv. ⁊ in
homelia. viij. ſup̲ Ezechielē. De pace
⁊ ſapia ⁊ p̄dicatiōe. Cap. xxviij.

HAbete ſal in vobis/ ⁊ habete pa
cem int̄ vos. Sunt nōnulli qui ij. Cor. xiij.
dum plus ſape q̄ȝ eſt neceſſe ſtudent/
a primoꝝ pace reſiliūt: dū eos velut
hebetes ſtultoſq̄ȝ ꝯtemnūt. Vn̄ p̲ ſe-
metipam veritas ammonet dicens.
Habete ſal in vobis / ⁊ pacē habete
int̄ vos. Per ſal q̄ppe deſignant̄ ver
ba ſapiētie. Sal quippe ſine pace nō
virtutꝫ eſt donū/ ſed damnatiōis au-
gmentū. Quo em̄ quiſq̄ȝ meli⁹ ſapit/
eo deteri⁹ delinq̄t. Et idcirco inexcu
ſabilit̄ merebit̄ ſupplicium: quia ſi vo-
luiſſet prudēter potuit vitare pctm̄.
Quiſquis igit̄ habere ſal ſapiētie ſtu
det atq̄ȝ laborat/ curet neceſſe ē qua-
tinus a pace ꝯcordie nunq̄ȝ recedat.
Preterea cū rector ad loquēdū ſe p̄
parat/ ſub q̄nto cautele ſtudio loqua
tur attēdat: ne ſi inordinate ad loquē-
dum rapit̄ errors vulnere audiētiū
corda ferianf̄, ⁊ cū forte ſapiēs vide-

ri deſiderat/ vnitatis cōpagē inſipiē-
Rom.xij ter abſcidat. Hinc Paul⁹ ait. Non
plus ſape q̄ʒ oportet ſape: ſed ſape ad
ſobrietatē. Qui igit̄ ſapienter loqui
nititur/ magnope metuat ne ei⁹ elo-
quio audientiū vnitas cōfundatur:
implens quod dicit̄. Habete ſal in
vobis: ⁊ pacē habete inter vos.

In homelia ſuper Si quis venit
ad me. De ſumptib⁹ celeſtis edificij.
Capitulum. xxxix.

mar.x.et Magiſter bone quid faciēs vitā
Luc.xiiij eternā poſſidebo? Dn̄s p aliū
euangeliſtā dr. Quis ex vobis volēs
turrim edificare/ nō prius cōputat ſū-
ptus q̄ neceſſarij ſunt? Ecce iuxta ve
ritatis vocē. qui turrim edificat/ prius
edificij ſumpt⁹ parat. Si igitur fra-
tres humilitatis turrim cōſtruere cu
pimus/ prius nos ad aduerſa hui⁹ ſe-
culi pparare debemus. Hoc enī in-
ter terrenū ⁊ celeſte edificiū diſtat
q terrenū edificium ex pēſas colligē
do conſtruitur: celeſte vero edificiū
expēſas diſpergendo cōſummatur.
Ad illud ſumptus facim⁹ ſi non ha
bita colligamus. ad iſtud ſumpt⁹ fa-
cimus/ ſi habita relinquam⁹. Iſtos
ſumptus ille diues habere non po-
tuit qui poſſeſſiōes multas poſſidēs
Luc.x. magiſtrū requiſiuit dicens. Ma-
giſter bone/ quid faciens vitam eter
nam poſſidebo? Qui cum pceptum
audiſſet/ omnia relinquendi triſtis
abſceſſit: ⁊ inde anguſtiat⁹ eſt in mē-
te: vnde foris latior fuit in poſſeſſiōe.
Quia enim i hac vita amabat ſum-
ptus celſitudinis tendendo ad eter-
nam patriā/ habere noluit ſumptus
humilitatis.

¶ Moralium libro.ix.
De bonitate. Capitulū.xl.

Nemo bon⁹/ niſi vn⁹ de⁹. Om- Mar.x.
nia que creata ſunt/ bona ſunt:
atteſtāte Moyſe qui ait. Vidit deus Gen.i.
cūcta que fecerat/ ⁊ erāt valde bona.
Sed hoc ſolū bonū pncipaliter bo-
nū eſt/ p quod hec omīa bona ſunt q̄
bona pncipaliter exiſtūt. de quo bo-
no veritas dicit. Nemo bonus/ niſi
vnus deus.

De auaris diuitib⁹ Moralium li-
bro.iiij. Et in paſtorali. Cap.xlj.

Rarū valde eſt/ vt qui aurū poſſi Matth.
dent/ ad requiem tēdant: dū per xix.
ſemetipam veritas dr. Difficile qui pe
cunias habēt/ intrabūt in regnū ce-
lorū. Nā qui hic multiplicādis diui-
tijs inhiant/ que alteri⁹ vite gaudia
ſperāt? Quod tū vt redēptor noſter
valde rarū ⁊ ex ſolo diuino miracu-
lo euenire poſſe monſtraret. Hoc inquit
apud homines impoſſibile eſt/ apud
deū autē omīa poſſibilia ſunt. Diui-
tes igit̄ auari cū vel plura ambiunt/
vel obtinere cūcta q̄ ambierint poſ-
ſint: audiant quod ſcriptū eſt. Quid Matth.
pdeſt homini ſi totū mundū lucret̄/ xvi.
anime vo ſue detrimentū patiat̄? ac
ſi apte veritas dicat. Quid pdeſt ho-
mini ſi totū qd extra ſe eſt ꝯgregat: ſi
hoc ſolum quod ipe eſt damnat.

Moralium libro.xxxv. De humi
litate redemptoris Capitulū.xlij.

Facilius eſt camelū per foramē Matth.
acus tranſire/ q̄ʒ diuitē intrare xix.
in regnū celoꝝ. Cameli nomine dn̄s Mar.x.
in ſacro eloquio exprimit̄. Quia enī
ad onera ſuſcipiēda ſponte ſe came-
lus humiliat/ nō imerito redempto-
ris noſtri gratiā ſignat: qui i quo in-
firmitatis nr̄e onera ſuſcipe digna-
tus eſt/ a poteſtate ſue celſitudine ſpō
te deſcēdit. Vn̄ per euangeliū dicit.

Jo.x. Poteſtatem habeo ponēdi animaʒ
meā/ ⁊ iterū ſumēdi eam. Nemo tol-
Matth. xix. lit eam a me/ ſed ego pono eam. Et
vnde iterum dt. Facilius eſt camelum
per foramē acus trāſire/ q̄ diuitem
intrare in regnuʒ celoꝝ. Quid enim
nomine diuitis/ niſi quelibet elatum?
quid appellatiōe cameli/ niſi ꝓpriam
condeſcenſionē ſignat? Camelus enī
per foramē acus trāſijt/ cū iſdem re-
demptor noſter vſq; ad ſuſceptioneʒ
mortis ꝑ anguſtias paſſionis intra-
uit. Que paſſio velut acus extitit: q
dolore corpus pupugit. Facilius au-
tem camelus foramē acus/ q̄ diues
celoꝝ regnum ingredit̄. quia niſi ipſe
ꝓus infirmitatis noſtre onera ſuſci-
piēs: ꝑ paſſionē ſuā formā nobis hu
militatis oſtenderet/ neq̄q̄ ſe ad hu
militateʒ illius ſuperbia noſtra rigi-
ditas inclinaret.

Moraliū libro. xxij. Et in home-
lia ſuper Hoc eſt pceptum meum. ⁊
Cum audieritis. De martyriū gene-
ribus. Capitulū. xliij.

Mat. xx. Poteſtis bibere calicē queʒ ego
bibiturus ſum? Filij Zebedei
Jacobus ⁊ Joannes interueniēte ma
tre/ locuʒ celſitudinis ⁊ glorie a dño
querebāt: ſed eiuſdē glorie iter igno-
rabāt. Cōfeſſionis q̄ppe illius celſitu-
dinem a dextris ſiniſtriſq; querebāt:
ſed quāta ad hāc eſſet itineris angu
ſtia minime videbāt. Ad viam ergo
per quā ad celſitudinē venirēt/ a dño
tumētia illoꝝ corda reuocant̄: ⁊ eoꝝ
mox oculis imitādus calix paſſionis
obijcit̄: vt videliceʒ ſi ad ſublimitatis
gaudia tēderent/ ꝓus viam humilita
tis inuenirēt. Dicit ergo eis Jeſus.
Poteſtis bibere calicē quem ego bi
biturus ſum? Ac ſi dicat̄ eis. Jam vos
locus delectat celſitudinis/ ſed prius
via exerceat laboris. Per calicē per-
tingitur ad maieſtatē. Si mens ve-
ſtra appetit qd demulcet/ ꝓus bibite
qd dolet. Sic ſic ꝑ amarū poculum
ꝯfectionis peruenit̄ ad gaudiū ſalu-
tis. Et quoniā duo ſunt martyrij ge
nera. Unum in occulto ope: aliud in
publico teſtat̄ ipſe dñs: qui cū reqſiſ-
ſet dicēs. Poteſtis bibere calicē quē
ego bibiturus ſum? ⁊ illi dixiſſent/ poſ
ſumus: ilico ſubſecutus eſt dicēs. Ca
licem qdem meū bibetis. Quid enī
per calicē/ niſi dolorē paſſionis acci-
pimus? De quo alio loco dt. Pater/ Matth. xxvi.
ſi fieri pt tranſeat a me calix iſte. Ze-
bedei autē filij/ id eſt Jacobus ⁊ Joan
nes nō vterq; ꝑ martyriū occubuit:
⁊ tñ q vterq; calicē biberet audiuit.
Joannes nāq; nequaq̄ ꝑ martyriuʒ
vitā finiuit/ ſed tamē martyr extitit:
quia paſſionē quā nō ſuſcepit in cor
pore/ ſeruauit in mēte. Mori quippe Nota
a pſequēte martyriū eſt in apto ope.
Ferre vero cōtumelias/ odientē dilige-
re/ martyriū eſt in occulta cogitatio-
ne. Et nos igitur etiaʒ ſi nullo ferro
percutientiū trucidemur/ martyres
eſſe poſſumus/ ſi patientiā veraciter
in animo cuſtodiamus.

Moralium libro. v. De mutabili-
tate creaturarū omniū. ⁊ de ſtatu di
uinitatis. Capitulū. xliiij.

Stans Jeſus cecū illuminauit. Lu. xviij.
Omnis creatura qa ex nihilo fa-
cta ē/ ⁊ per ſemetipſam ad nihilū ten-
dit: nō habet ſtare ſed defluere. Ra-
tionalis vero creatura eo ipſo quo ad
imaginē auctoris eſt ꝯdita: ne ad ni-
hiluʒ tranſeat figit̄/ irrationalis aūt
nequaq̄ figit̄/ ſed donec viſionis ſue

miniſterio ſpẽm vniuerſitatis ipleat:
transeũdo tardat. Nam ⁊ ſi celum ac
terra poſt in eternũ permanẽt: ex ſe-
metipis tñ nunc ad nihilũ ꝑerant/
ſed ꝑ eorũ vſu quib9 ſeruiũt in meli9
mutata ꝑſeuerant. Stare ergo ſoli9
creatoris eſt/ ꝑ quẽ cũcta nõ trãſeun
tem tranſeũt: ⁊ in quo aliq̃ ne trãſcãt
retinent. Vñ ⁊ redẽptoꝛ noſter quia
diuinitatis eius ſtat9 capi ab huma
na mente nõ potuit/ hũc nob̃ ad nos
in carne veniẽs creatus/ natus/ moꝛ-
tuus/ ſepult9/ reſurgens/ ⁊ ad celeſtia
rediens quaſi trãſeundo mõſtrauit.
Quod bene per euãgeliũ illumina-
to ceco innuit: cui tranſiẽs auditum
ꝓbuit/ ſed ſtans oc̃los repauit. Per
humanitatis quippe diſpẽſationem
tranſire habuit/ per diuinitatis vero
potẽtiam qua vbiq3 ꝑſens eſt ſtare.
Voces igit̃ cecitatis noſtre dñs au-
dire tranſiẽs dicit̃: q̃a humane miſe
rie fact9 homo miſeret̃. Stans autẽ
lucẽ reparat: q̃a infirmitatis nr̃e te-
nebras ex ṽtute diuinitatʒ illuſtrat.

De fide iudeoꝝ ⁊ gẽtiũ. Moraliũ
libro. xxxv. et in Ezechielis homelia
quinta ſcd̃e partis. Cap. xlv.

Mar. ix. Luc. xix. In amorẽ auctoris ⁊ redẽptoris
noſtri fideles aie ex iudaico po
pulo ⁊ ex gentilitate cõuenerunt. vñ
⁊ idem redẽptoꝛ noſter cũ aſellũ ſe-
dens hieruſalẽ tẽderet/ ſicut euãge-
liſta teſtat̃: multi veſtimẽta ſua ſtra-
uerũt in via: alij autẽ frondes cede-
bãt d̃ arboꝛib9 ⁊ ſternebãt in via. Et
qui ꝑibant/ ⁊ qui ſequebãtur clama-
bãt dicẽtes. Oſanna bñdictus q̃ ve-
nit in nomie dñi. Aſinoꝝ vel aſinaꝝ
noie aliq̃ mãſuetudo ſimpliciũ de-
ſignat̃/ ⁊ hieruſalẽ viſio pacis dicit̃.
Quid ergo ſignat qđ dñs ſedẽdo aſi
nũ hieruſalẽ ducit: niſi q̃ ſimplices
mẽtes dũ ꝑſidẽdo poſſidet: eas vſq3
ad viſionẽ pacis ſua ſacra ſeſſione ꝑ-
ducit. Saluatoꝛ itaq3 noſter aſellum
ſedẽs hieruſalẽ tẽdit: q̃a vniuſcuiuſ-
q3 fidelis animã regẽs/ videlʒ iumen
tum ſuũ ad pacis intime viſionẽʒ ꝑ-
ducit. Sʒ ⁊ ſancte eccl̃ie vniuerſalit̃
ꝑſidet: eamq3 in ſupne pacis deſide-
rium accẽdit. Multi autẽ veſtimen
ta ſua in via ſternũt: q̃a coꝛpoꝛa ſua
per abſtinentiã edomãt/ vt ei iter ad
mentẽ parent/ vel exẽpla bona ſequẽ
tibus ꝑbeant. Alij ṽo frondes vl̃ ra
mos de arboꝛib9 cedũt ⁊ ſternunt in
via: quia in doctrina veritatʒ verba
ſententiaſq3 patrũ ex eoꝝ eloquijs ex-
cerpũt: ⁊ hec in via dei ad auditoꝛis
animũ venientis humili ꝑdicatione
ſubmittũt. Qđ indigni quoq3 ⁊ nos
modo facim9. Nam cũ patrũ ſenten
tias in ſmone exhoꝛtationis aſſumi-
mus/ frondes de arboꝛib9 cedimus:
⁊ has in via omipotẽtis dñi ſterni-
mus. Sed qui ꝑibant ⁊ qui ſeq̃ban Mat. xxi.
tur clamabãt/ oſanna. Preceſſit q̃p- Mar. xi.
pe iudaicus popul9/ ſecut9 eſt genti-
lis. q̃a oĩs electi ſiue q̃ in iudea eſſe
potuerũt: ſiue qui nũc in eccleſia ex-
iſtunt: in mediatoꝛe dei ⁊ hoĩum cre
diderũt ⁊ credunt. Qui ꝑeunt ⁊ qui
ſequunt̃/ oſanna clamãt. Oſanna au
tem latina lingua ſalua nos dicit̃. ab
ipõ enim ſalutẽ prioꝛes queſierunt/
ſequẽtes querũt: ⁊ benedictũ qui ve
nit in nomine dñi confitent̃: quoniã
vna ſpes/ vna fides eſt ꝑcedentiũ et
ſequentiũ populoꝝ. Nã ſicut illi ſpe-
ctata paſſione ⁊ reſurrectõe ei9 ſana-
ti ſũt/ ita nos ꝑterita paſſiõe ilh9 a ꝑ-
manẽte i ſecl̃a reſurrectõe ſaluatur

Quẽ eñ porcos noſtri ex iudaico po
pulo crediderũt ⁊ amauerũt verũ
hoiem: nos ⁊ veniſſe credimus ⁊ a=
mam⁹/ eiuſqꝫ deſiderio accẽdimur/
vt eũ facie ad faciem ꝯtemplemur.

De paſtoribꝫ ⁊ ſubditiſ. In home=
lia ſup Deſignauit dñs. Cap. xlvj

Vbi, s. Cathedras vendentiũ colũbas
dñs euertit. Uobis ſacerdoti=
bus lugẽs loquor/ qꝛ nonnullos ve
ſtrũ cũ pmijs ordinatiões facere co=
gnouimus: ſpirituale grãm vẽdere/
⁊ de alienis iniqtatibus cum pecca=
ti dãno temporalia lucra cumulare.
Cur ḡ ad memoriã veſtrã nõ redit/
qḋ vox dñica precipiens dicit Gra=
Matt. x. tis accepiſtis gratis date: Cur non
ante mentis oculos reuocatis/ ꝙ tẽ=
plum redẽptor ingreſſus cathedras
vẽdentiũ colũbas euertit: ⁊ nũmula
riorũ effudit es. Qui nãqꝫ ſũt in tem
plo dei hodie qui colũbas vẽdũt: ni=
ſi q in eccl'ia precium de impoſitione
manus accipiũt. per quã impoſitio
nẽ ſpũſſãctus celit⁹ datur: Colũba
igiť vẽdiť. quia manus impoſitio p
quã ſpũſſãctus accipitur ad pcium
prebetur. Sed redemptor noſter ca
thedras vendentiũ colũbas euertit:
quia talium negociatorum ſacerdo
dotiũ deſtruit. Hinc eſt qḋ ſacri ca=
nones ſymoniacam hereſiꝫ damnãt:
⁊ eos ſacerdotio priuari precipiunt/
qui de largiendis ordinibus preciũ
qrunt. Cathedra ergo vendentium
colũbas euertiť/ quando hi qui ſpiri
tualem grãm vendũt vel ante huma
nos/ vel ante dei oc'los ſacerdotio p=
uanť. Et quideꝫ multa ſunt alia pre
poſitoꝝ mala que humanos modo
oculos latent/ ⁊ plerũqꝫ ſe paſtores
ſanctos hoibꝫ exhibẽt/ atqꝫ in occul=
tis ſuis videri turpes añ interni arbi=
tri oculos non erubeſcunt. Ecce mõ
negari hoibꝫ põt qḋ lateñ agiť: ille
certe iudex venturus eſt cui tacendo
qſquis ſe nõ põt celare/ quẽ negãdo
nõ põt fallere. Ueniet veniet pfecto
dies ille nec lõge eſt in quo paſtor pa
ſtoꝝ appareat/ ⁊ vniuſcuiuſqꝫ facta
in publicũ deducat. Et qui mõ ſub=
ditorũ culpas per prepoſitos vlciſci
tur/ tunc ppoſitorũ mala per ſemet=
ipſũ ſeuiens dãnat: Vñ ⁊ ingreſſus
templũ per ſe quaſi flagelluꝫ de ſuni
culis fecit: ⁊ de domo dei prauos ne
gociatores eijciẽs cathedras vendẽ=
tiũ colũbas euertit. qꝛ ſubditoruꝫ q
dẽ culpas per paſtores pcutit: ſꝫ pa=
ſtoꝝ vitia p ſemetipꝫ ferit qꝛuis etiã
ſubditoꝝ vitia q a magiſtris modo
vl' diſſimulanť iudicari vel nequeũt
ei⁹ pculdubio iudicio reſeruãť. Igiť
dũ ſalua fide res agiť virtutiſ eſt me=
ritũ ſi a diſcipulis qcquid prioris eſt
modo tolerať. Debet tamẽ humiliť
ſuggeri ſi fortaſſe valeat qḋ diſplicet
emẽdari. Sed curãdũ ſummopere
eſt ne in ſupbiam trãſeat iuſtitie inor
dinata defẽſio: ne dũ rectitudo icau=
te diligitur ipſa magiſtra rectitudi=
nis humilitas amittať/ ne eũ ſibi p=
eſſe quiſqꝫ deſpiciat quẽ fortaſſe con
tigit vt in aliqua actiõe reprẽhẽdat
Contra hunc tumorẽ ſupbie ſubdi=
toꝝ mens ad cuſtodiaꝫ humilitatis
edomatur ſi infirmitas ppria inceſ=
ſanter attendiť. Nam vires noſtras
veraciter examinare negligimus/ et
qꝛ de nobis fortiora credimus/ idcir
co eos q nobis plati ſunt diſtricte iu
dicam⁹. Singula hec mala ſũt que
ſepe a ſubditis in prelatis ſepe a pla=
tis in ſubditis cõmittunť: qꝛ ⁊ oẽs

ſubditos vĩ q̃ pſunt min⁹ q̃ꝫ ipſi ſunt
ſapiẽtes arbitrant̃. ꝛ rurſuꝫ qui ſub-
iecti ſunt/rectoꝝ ſuoꝝ actiones iudi
cant. ꝛ ſi ipſos regimẽ tenere ꝯtinge
ret ſe poſſe agere meli⁹ putãt. Unde
plerũqꝫ fit vt ꝛ rectores min⁹ prudẽ
ter ea q̃ ſunt agẽda videãt: qꝛ eorum
oclos ipa nebula elatiõis obſcurat: ꝛ
nõnunq̃ꝫ is qui ſubiect⁹ eſt hoc cũ
p̃latus fuerit faciat quod dudũ fieri
ſubiect⁹ arguebat. ꝛ ꝑ eo qđ illa que
iudicauerat ꝓpetrat/ ſaltim quia iu-
dicauit erubeſcat. Igitur ſicut prela
tis curandũ eſt ne coꝝ corda eſtima
tione ſinglaris ſapiẽtie locus ſuꝑior
extollat: ita ſubiectis ꝓuidendũ eſt ne
ſibi rectorũ facta diſpliceãt. Et quo-
niam rectores habẽt iudicẽ ſuũ/ ma-
gna cautela ſubditorũ eſt non teme-
re iudicare vitã regentiũ. Neqꝫ eñi
ſicut ſupra dixi fruſtra per ſemetipſ̃ꝫ
dñs es nũmulariorũꝫ fudit/ ꝛ cathe-
dras vẽdentiũ colũbas euertit: ſigni-
ficans quia per magiſtros q̃dem vi-
tam iudicat plebiũ: ſed per ſemetipſ̃ꝫ
facta examinat magiſtroꝝ.

De afflictione electoꝝ ſub tp̃e an-
tichriſti. Moraliũ li. xxxij. Ca. xlvij.

Matth. xxiiij. Erit tunc tribulatio magna q̃-
lis nõ fuit ab initio mũdi. An-
tiquus hoſtis in fine ſeculi vas pro-
prium illũ perditũ hominẽ antixp̃m
ſcilicꝫ ingredieť: ꝛ ſuis virib⁹ tradit⁹
pauco q̃deꝫ in tẽpore: ſed in multa ꝯ
nos vtute laxabiť. Quẽ q̃uis ſeuitia
ad crudelitatẽ dilatet: ſuperna tñ mi
ſericordia dierũ breuitate anguſtat.
Hinc enim ꝑ ſemetipſam vitas dicit
Ubi. s. Erit tribulatio magna q̃lis non fuit
ab initio mundi vſqꝫ modo neqꝫ fiet.
Hinc rurſus ait. Niſi breuiati fuiſ-
ſent dies illi nõ fieret ſalua oĩs caro.

Quia eñi ꝛ ſuꝑbos nos ꝛ infirmos
dñs ꝯſpicit dies q̃s ſingulariter ma
los intulit miſericorditer breuiatos
dicit/ ꝑfecto vt ꝛ ſuꝑbiam terreat de
tẽporis aduerſitate/ ꝛ infirmitatẽ re
foueat de breuitate. Sed ꝯſiderãdũ
valde eſt in quo tũc atrocior q̃ꝫ nũc
ſe exerit antiqu⁹ hoſtis ſurgat. Que
enim penarũ genera nouim⁹ que nõ
iam vires martyꝝ exercuiſſe gaude-
mus. Alios nãqꝫ iprouiſo ictu imer
ſo iugulo gladi⁹ ſtrauit: alios crucis
patibulũ affixit: in q̃ mors ꝛ ꝓuoca-
ta repelliť/ ꝛ repulſa ꝓuocatur: alios
hirſutis ſeua dẽtib⁹ attriuit. alios ar
mato ferro inſultãs vngula ſparſit.
alios beluina rabies morſib⁹ detrun
cãdo cõminuit. alios ab itimis viſce
rũ ꝑ cutẽ preſſa via vberũ rupit. ali-
os effoſſa terra viuẽtes operuit. ali-
os altuꝫ dimerſos in mare p̃cipitiũ
fregit: alios in ſe ꝓiectos aq̃ replẽdo
abſorbuit. alios edax flãma ꝯſũpſit.
Cũ igiť antiqu⁹ hoſtis in fine mũdi
ꝑ antixp̃m nequius inſurrexerit/ q̃d ẽ
qđ his tormẽtis tũc atrocius creſcat
niſi h̃ qđ in euãgelio ꝑ ſemetip̃m ve-
ritas dt. Surgẽt pſeudo xp̃i ꝛ pſeu- Matth. xxiiij.
do ꝓphete: ꝛ dabũt ſigna magna ꝛ p-
digia: ita vt in errorẽ inducanť ſi fie
ri põt etiã electi. Nunc eñi fideles no
ſtri mira faciũt cũ aduerſa patiunť:
tũc autẽ huius hoſtis ſatellites etiã
cum peruerſa inferunt mira facturi
ſũt. Penſem⁹ ergo que erit humane
mẽtis illa tentatio: quãdo pius mar
tyr ꝛ corp⁹ tormẽtis ſubijcit: ꝛ tamẽ
ante eius oclos miracl̃a tortor facit.
Cui⁹ tũc virt⁹ nõ ab ipſo cogitatio-
num fundo quatiať/ quando is q̃ fla
gris cruciat/ ſignis choruſcat. Nimi
rum enim hoſtis ille antiqu⁹ ꝛ altus

tunc erit veneratione ꝓdigiis ⁊ durus crudelitate tormenti. qui nõ ſola tũc poteſtate erigetur/ ſed etiam ſignorũ oſtenſione fulciet.

De predicatoribꝰ antichriſti. Moraliũ libro. xiiij. ⁊. xxxiij. ⁊ in Ezechi. homelia. ix. Capitulũ. xlviij.

Cum electi cõſpexerint ſigna et miracula que facient miniſtri ⁊ ꝑdicatores antichriſti/ quoddam dubietatis impetũ in corde patientur: ⁊ ex eorum ꝓdigiis mendacibꝰ caligo trepidatiõis ad momentũ in eorum corda generabit/ vnde veritatis ore per euangeliũ dicit. Surgent pſeudo chriſti ⁊ pſeudo ꝓphete: ⁊ dabunt ſigna magna ⁊ ꝓdigia: ita vt in errorem inducãtur ſi fieri poteſt etiã electi. Quod videlicet dicit non q electi caſuri ſunt/ ſed magnis terroribꝰ trepidaturi: quoniã tanta tũc cõtra iuſtos iniquitate effrenabunt/ vt etiam electoꝝ corda non paruo terrore feriantur. Qua in re valde querẽdum eſt/ quomodo aut hi qui ſunt electi poſſunt in errorẽ induci. aut cur ſi fieri poteſt quaſi ex dubietate ſubdit/ cum quid fiendũ ſit dñs om̃ia ꝑſciens ꝑſtolatur. Unũ eñ ex duobꝰ eſt. quia ſi electi ſunt fieri nõ poteſt: ſi autẽ fieri poteſt electi nõ ſunt. Sed q̃a electoꝝ corda ⁊ trepida cogitatiõe concutient/ ⁊ tamẽ eorũ cõſtãtia nõ mouebitur/ vna hac ſentẽtia dñs vtrũq; cõplexus eſt dicẽs: ita vt in errorem inducant ſi fieri poteſt etiam electi. Quaſi enim iam errare eſt in cogitatiõe titubare. Sed ꝓtinus ſi fieri poteſt ſubiungit: quia ꝓculdubio fieri nõ poteſt vt in errorẽ electi plane capiant. Iſta ergo dñici ſmonis dubitatio ⁊ electoꝝ cordiũ deſignatio tẽtatõis fuit. quia qui electi ſt ad perſiſtendũ per ſigna ꝑdicatoꝝ antichriſti/ tentabunt ad cadendũ. Per hoc ergo quod dicit/ ſi fieri poteſt: ꝓ exprimit qđ electi in corde tentabuntur. Nutant eñ ſed nõ cadũt. Dicit ergo/ ſi fieri poteſt: q̃a trepidabũt: et tamẽ dicunt electi quia nõ cadunt. Dubitatio ergo ſmonis a dño in electis exprimit trepidationẽ mẽtis. q̃s electos nominat: q cernit quod in fide ⁊ bono opere perſiſtũt.

(margin: Matth. xxiiij)

De perfidia iudeorũ. Moralium libro. xiiij. Capitulũ. xlix.

Adoleſcens ſequebat cum amictus ſyndone. Cum iudeorum plebs miracula noſtri redẽptoris cerneret/ hunc ex ſignis honorabat dicens. hic eſt chriſtꝰ. Cũ vero humanitatis eius infirma cõſpiceret/ eum creatorẽ credere dedignabat dicẽs/ nõ: ſed ſeducit turbas. Sed q̃d mirum cum ꝑpeti iſta a plebibꝰ: cũ ipſi quoq; qui legis doctores eſſe videbant qui cũ verbis ꝓpheticis incarnãdum eſſe ꝓhibebãt/ ⁊ incarnatũ viderũt: ab eo tñ ſuadẽte ꝑfidia diuiſi/ ⁊ a fide veritatis auerſi ſunt. Scribe itaq; et legis doctores q̃ erudire ꝓplos ad vitam cõſueuerãt dũ incarnatũ deũ cõſpicerent cõſiliis ſuis mltos ab eius fide diuiſerũt: q̃uis prius ad credẽdum incarnatõis eius myſteriũ per prophetaꝝ verba mltos docuiſſe viderentur. Quos etiã non ſolum ad nõ credendũ/ ſed vſq; ad perſequendum quoq; dñm turba populoꝝ eſt ſecuta: ⁊ vſq; ad paſſionẽ illius ſeuitie facibꝰ acceſa. In qua videlicet paſſione diſcipuloꝝ corda turbata ſunt. ⁊ cum ad crucis aram ventum eſſet: coſq; grauius ex ꝑſecutiõe iudeoꝝ

(margin: mar. xiiij — mar. xiiij — Joã. vij)

timor inuasisset singuli fugerūt. mu-
lieres vero que ad pparāda subsidia
corporis exteriorib⁹ dño ministerijs
seruierant adheserūt. Stetit quidē
aliquamdiu Petrus / sed tamē post
territus negauit. Stetit etiam Jo-
annes / cū ipso crucis tēpore dictum
est: ecce mater tua. Sz pseuerare mi
nime potuit: quia de ipo quoqz scri-
Mar. xiiij. ptū est q adolescēs qdam sequebat
illū amictus syndone super nudo / z
tenuerūt eum. At ille reiecta syndo-
ne nud⁹ pfugit ab eis. Qui z si post
vt verba sui redēptoris audiret / ad
aram crucis redijt: prius tamē territ⁹
fugit. Mulieres autē nō solū nō ti-
muisse neqz fugisse / sed etiā vsqz ad
sepulchrū memorant stetisse.

De abstinentia hypocritaꝝ. Mo-
ralium libro. viij. Capitulū. l.

mar. xv. Inuenerūt hoīem cyreneū. Ple-
rūqz se hypocrite mira abstinen
tia affligūt / omne robur corpis atte-
runt: z quasi carnis vitā funditus in
carne viuētes extinguūt. sicqz p ab-
stinētiam morti appropiant / vt pene
quotidie morientes viuāt. Sz ad hec
hūanos oculos querūt: ammiratio-
nis gloriā expetūt / attestante veritate
Mat. vj. que ait. Exterminant facies suas vt
appareāt ieiunantes. Nam ora pal-
lescūt / corpus debilitate quatitur / pe
ctus interrumpentib⁹ suspirijs vrge
tur. Sed inter hec ab ore primoꝝ
ammirationis sermo querit: nihilqz
tanto labore aliud nisi estimatio hu-
mana cogitat. Quos nimiꝝ Simō
bene ille significat qui dñice passio-
nis tēpore in angariā crucē dñi por
mar. xv. tat: de quo scriptū est. Inuenerūt ho-
minē cyreneū venientē obuiam sibi
nomine Simonē: hūc angariauerūt
vt tolleret crucē Jesu. Quod enī per
angariā agim⁹ / nō h ex studio amo-
ris operamur. Crucem ergo dñi iesu
in angariā portare / est afflictionē ab-
stinētie pro alia qz necesse est intētiōe
tolerare. An nō Jesu crucē in anga-
riam portat q quasi ad pceptum dñi
carnē domat / sed tñ spūalem patriā
nō amat? Unā z Simon idem crucē
portat / sed nequaqz morit: qz omnis
hypocrita corpus quidē per abstinē
tiam afficit: sz tñ per amorem glorie
mūdo peius viuit: quoniā z sepe per
sanctitatis imaginē locū regiminis
indignus assequit: qui nisi i se aliqd
virtutis ostēderet / nullū percipere ho
norem mereret. Sed transit quod
delectabiliter obtinet / z penaliter qd
sequit manet. Sāctitatis fiducia nūc
in ore hominū ponit: sed cū intern⁹
iudex secreta cordis examinat / exte-
rius vite testes non querunt.

De passione dñi. In homelia scda
scde partis sup Ezech. Cap. lj.

Et pducunt cū in golgota locū mar. xv.
Erat autē hora tertia z crucifi
xerunt eū. Omnia q dñs incarnatus
verbis docuit / prius factis ostēdit: si-
cut scriptū est. Que cepit Jesus fa- Actuū. j.
cere / z docere. Quia enī vocare nos
ad celestē patriā venit. nimiꝝ nos bo
na trāsitoria despicere / z mala tēpo-
ralia nō timere docuit. Unā z oppro-
bria despexit / iniurias ptulit / mortē
nō timuit / crucis patibulū non refu
git. z cū hunc voluissent rape z regē
cōstituere / statim fugit. Quid aliud no
bis his exēplis innuēs nisi vt debea
m⁹ hui⁹ mūdi z aduersa nō metuere
z pspera vitare: qz plus plerūqz eius
bona occupant animū qz mala per-
turbent. Ante passionē xpo suā cōtu-

melias audiuit / nec tñ contumelias
reddidit: traditorē ſuū diu tacit⁹ per-
tulit: eiq̄ ſalutāti dare oſculū nō re-
cuſauit. ſuſcepit mortē crucis / ne mo-
ri timerem⁹. oſtēdit die tertia reſur-
rectionē / vt nos reſurgere poſſe cre-
derem⁹. Poſt paſſionē quoq̄ ſuā de
his qui ſe crucifixerant ad fidei gra-
tiā vocauit: bonum ꝓ ingr̄ate reddi-
dit ⁊ nos exēplo ſuo đ oib⁹ inſtruxit.

¶ Moralium. libro. xxj.

¶ Ad excedentē igitur oīa redem-
ptoris noſtri vitā mētis oculos ten-
dam⁹ vt in vita ⁊ in eius p̄ceptis ag-
noſcam⁹ quid in vita noſtra minus
habeam⁹ / ⁊ ad vite eius exēpla nr̄am
1. Pet. ij. vitā dirigamus. Hinc nanq̄ ſcp̄tū
eſt. Chriſtus paſſus eſt ꝓ nobis / vo-
bis relinquēs exemplū vt ſequamini
veſtigia ei⁹ qui peccatū nō fecit / nec
inuent⁹ dolus in ore eius. Qui cum
malediceret non maledicebat: cū pa-
Heb. xij. teretur / nō cōminabat. Hinc p̄ Pau-
lum dicit. Per patiētiā curram⁹ ad
ꝓpoſitum nobis certamē: aſpiciētes
in auctorē fidei ⁊ ꝯſummatorem Je-
ſu: qui ꝓpoſito ſibi gaudio / ſuſtinuit
crucē / ꝯfuſione contenta. Ad h̄ itaq̄
dn̄s apparuit in carne / vt humanā
vitā ammonēdo excitaret / exēpla p̄-
bendo accenderet / moriēdo redime-
ret / reſurgēdo repararet.

¶ In homelia ſup Maria magda-
lene. De reſurrectiōe. Caplm. lij.

mar. xvi. Maria magdalene / ⁊ maria Ja-
cobi ⁊ ſalome vna ſabbatorū
venīt ad monumentū: ⁊ viderūt iu-
uenē ſedentē in dextris coopertum ſto-
la candida: q̄ dicit illis. Jeſum q̄ritis
nazarenū crucifixum: ſurrexit / nō eſt
hic. Due erant vite: quarū vnā noui-
mus / alterā neſciebam⁹. Vna quip-
pe mortalis eſt / altera imortalis. vna
corruptiōis / altera incorruptionis.
vna mortis / altera reſurrectiōis. Sꝫ
venit mediator dei ⁊ hominū homo
chriſt⁹ ieſus: ſuſcepit vnā / ⁊ oſtendit
alterā. vnam ꝑtulit moriēdo / oſtēdit
alterā reſurgēdo. Si igit̄ nobis mor-
talem vitā ſcientib⁹ reſurrectionē ꝓ-
mitteret carnis: ⁊ tn̄ hanc viſibiliter
nō exhiberet: quis eius ꝓmiſſionib⁹
crederet: Fact⁹ itaq̄ homo apparuit
in carne / mori dignat⁹ eſt ex volunta-
te / reſurrexit ex poteſtate: ⁊ oſtēdit ex-
emplo quod nobis ꝓmiſit in premio.
Ecce ṽo redit ad memoriā q̄ cruci-
fixo dei filio iudei inſultantes dice- Matth. xxvij.
bāt. Si rex iſrael es / deſcēde de cru-
ce ⁊ credimus ei. Qui ſi tūc de cruce
deſcēderet: nimirū inſultantib⁹ cedēs
virtutē nobis ſue patiētie nō demō-
ſtraret. Sed expectauit paululū / to-
lerauit opprobria / irriſiōes ſuſtinuit
ſeruauit patientiā / diſtulit ammira-
tionē. Et qui de cruce deſcēdere no-
luit / de ſepulchro ſurrexit. Plus igi-
tur fuit đ ſepulchro ſurgere q̄ꝫ đ cru-
ce deſcēdere. plus fuit mortē reſur-
gendo deſtruere / q̄ꝫ vitā deſcēdendo
ſeruare. Sed cū iudei hunc ad inſul-
tationes ſuas de cruce deſcēdere mi-
nime cernerēt cū morientē viderent:
eū ſe viciſſe crediderūt: nomē illi⁹ ſe
quaſi extinxiſſe gauiſi ſunt.

¶ Item vnde ſupra. In homelia ſu-
per Maria magdalene. ⁊ Moraliū
libro. vj. Capitulū. liij.

Predicate euangeliū omni crea- mar. xvi.
ture. De dn̄i morte nomē eius
per vniuerſū mundū creuit: q̄ poſt
reſurrectionē ſuam ad predicandū
euangeliū ſuū per omnē terrā diſci-

pulos ſuos miſit dicens. Euntes in
mūdū vniuerſū/p̄dicate euāgelium
omni creature. Omis creature no-
mine homo ſignatur:q̄a in ip̄o vna
ſpēs ⁊ magna communio vniuerſe
creature oſtēdit. Omne nāq̨ quod ē
aut eſt ⁊ non viuit/aut eſt ⁊ viuit ſed
nequaq̄ ſentit/aut eſt ⁊ viuit ⁊ ſentit
ſ; nō intelligit nec diſcernit. aut eſt ⁊
viuit ſentit ⁊ intelligit et diſcernit.
Sūt nāq̨ lapides/nec tamē viuunt
Sūt arbuſta/viuūt quidē nec tamē
ſēiūt. Herbarū nāq̨ ⁊ arborū vita
viriditas vocat: ſicut p̄ paulu; de ſe
minibus dicit. inſipiens tu q̄d ſemi
nas nō viuificatur niſi prius moriat
Sūt bruta animalia: viuūt ⁊ ſentiūt
nec tamē intelligūt. Sunt angeli vi-
uūt ⁊ ſentiunt: ⁊ intelligendo diſcer-
nūt. Homo itaq̨ quia hab; cōmune
eſſe cū lapidib; viuere cu; arborib
ſētire cū animalibus /diſcernere cū
āgelis: recte nomine omis creature
exp̄mit/in quo iuxta aliquid omnis
creatura tenet. Unde cū veritas di-
ſcipulis euāgeliū omi creature p̄di-
care p̄cepit: omnē creatura; ſolū ho
minē intelligi voluit: cui cōmune ali
mar.xvj. q̄d cū omib creauit. Sic itaq̨ poſt
reſurrectionē poſtq̄ diſcipulos ſu-
os ad p̄dicandū euangelium miſit.
Illi aūt p̄fecti predicauerunt vbiq̨.
dn̄o cooperante ⁊ ſermonē ↄfirman
te ſequētibus ſignis. ⁊ poſtq̄ in om
nē terram exiuit ſon⁹ eo;: ⁊ in fines
orbis terre vba eorum: de morte dn̄i
nomē eius p̄ mūdum creuit: et qua
hunc infidelis turba extinxiſſe ſe cre
didit. Et que gaudebat occiſū: dolet
ps.xviij. mortuū q̄a hunc ad ſuam gloriā co-
gnoſcit perueniſſe per penā. Si igit
fratres chariſſimi noſtri redēptoris
membra ſum⁹: p̄ſumam⁹ in nobis
reſurrectionem futurā quā in capite
noſtro cōſtat eſſe factam. Reſurrecti
onis eius gl'iam tota mente diliga-
mus/⁊ pro ei⁹ amore moriamur. In
reſurrectione auctoris noſtri mini-
ſtros eius angelos conciues nr̄os a
gnouim⁹. Ad ho; ergo ciuium illā
frequentem ſollēnitatē feſtinemus/
his cū necdū viſione poſſumus deſi
derio ⁊ mente iungamur. Adiuuet
omipotens deus ad vita; deſideriū
noſtrū qui pro nobis in morte dedit
vnicū filium ſuum eundem Jeſum
xp̄m dn̄m noſtrū/qui cū eo viuit et
regnat in vnitate ſpiritusſācti. Per
omnia ſecula ſeculo;. Amen.

Explicitunt exceptiones de euan-
gelio ſm Marcum.

# Incipiūt Excep
tiones ex opuſculis beati Gregorij
pape. De euangelio ſm Lucam.

De Laude iuſtorum. Cap. j.

Fuit in die Luce. j.
bus Herodis regis
iudee ſacerdos q̄-
da; nomine zacha-
rias de vice abia ⁊
vxor illi de filiab
aaron ⁊ nomē ei⁹ Elyzabeth. Erāt
autem iuſti ambo ante deū/inceden-
tes in omib mādatis ⁊ iuſtificatio-
nibus dn̄i ſine querela.

Moralium Libro. xxxv.
Corā dn̄o ſepe multo;u; vita di-
ſplicet/q̄ etiā foris hoib plac;. Cau

ſe ergo nimis in laude iuſtorꝫ ꝯiu-
gũ zacharie ⁊ Elyzabeth ab euange
liſta dictuꝫ eſt. Erant iuſti ambo añ
deum. Nõ eñ ſecura laus eſt iuſtos
añ hoĩes apparere. Sepe enim hũa
na ſnĩa velut in deo magnũ qnẽpiaꝫ
approbat/ſed hũc opꝰ deus q̃ quaſi
ex ſe ap̄pbat ignorat. Hinc ei eſt ꝙ
Ps. v. pſalmiſta vigilãter exorat dicẽs. Di-
rige in ꝯſpectu tuo viam meã. nimirꝫ
q̃a plerũqꝫ in ꝯſpectu hoim recta via
creditꝛ/etiã q̃ a veritatꝭ itinere depra-
uatur.

In homelia ſup euangeliũ Miſe
rũt iudei. De Joanne baptiſta. ca. ij.

Angelus gabriel de Joannis p-
ibi. ſ. miſſione ad zachariam dicit.
Elyzabeth vxor tua pariet tibi filiuꝫ
⁊ vocabis nomẽ eius Joanneꝫ/ipſe
precedet añ dñm in ſpũ ⁊ ꝟtute He-
lye. Joannes idcirco in ſpũ ⁊ ꝟtute
helye venturus dr. q̃a ſicut Helyas
ſcðm dñi aduentũ p̄ueniet. ita Joan
nes p̄uenit p̄mum. Inde eſt qð alio
loco dñs a diſcipulis inquiſitus de-
mat. xvij. aduentu Helye reſpondit. Helyas
iam venit ⁊ nõ cognouerunt eũ/ſꝫ fe
cerũt i eo q̃cũqꝫ voluerũt. Et ſi vul-
tis ſcire Joannes ip̃e eſt helyas. Re
q̃ſitus aũt Joãnes a ſacerdotibus ⁊
leuitꝭ ſi eſſet helyas dixit. Nõ ſum he
lyas. Quid eſt hoc q̃a qð ꝟitas affir
mat: hoc ꝓpheta veritatis negat? Sꝫ
ſi ſubtiliter veritas ip̃a requiratꝛ: h̄
qð inter ſe ꝯtrariũ ſonuit quomodo
non ſit ꝯtrariuꝫ inuenitur. Joannes
q̃ppe in ſpũ helyas erat/in ꝑſona he
lyas non erat. Sicut eñ ille p̄curſor
venturꝰ eſt iudicis/ita iſte p̄curſor
factus eſt redemptoris. Quod ergo
dñs fatetꝛ ꝺ ſpũ h̄ ioãnes ꝺnegat ꝺ ꝑ
ſona. q̃a ⁊ iuſtũ ſic erat vt diſcipulis
dñs ſpũalem de ioãne ſentẽtiaꝫ dice-
ret/⁊ ioãnes iſdẽ turbis carnalibꝫ nõ
de ſuo ſpũ: ſed ꝺ corpore reſpõderet.
Cõtrariũ ergo veritati videtꝛ eſſe qð
ioannes ſonuit. Sed tamen a verita
tis tramite non receſſit.

In homelia ſup Acceſſerũt ad ie-
ſum. De vocabulis angelorꝫ. Ca. iij.

Miſſus eſt angelus gabriel. Ce- Luce. i.
leſtis patrie ſpũs tunc ſolum
angeli vocantꝛ cũ ꝑ eos aliqua nũciã
tur. greca aũt lingua angeli nũcij ar
chãgeli vero ſũmi nũcij vocantꝛ. Hi
eñ q̃ minima nũciant angeli/q̃ vero
ſũma ãnunciant archangeli vocantꝛ.
Hinc eſt qð ad mariã ꝟginẽ non qli
bet angelus/ſed gabriel archangelꝰ
mittitꝛ. Ad hoc q̃ppe miniſteriũ ſũ-
mũ angelũ dignũ venire fuerat: qui
ſummũ omniũ nũciabat. Gabriel ãt
fortitudo dei dicitꝛ. Ad mariaꝫ ergo
gabriel mittitꝛ/qui dei fortitudo no-
minatur. Illũ quippe veniebat nun
ciare qui ad debellandas aerias po-
teſtates humilis dignatus eſt appa-
rere. de quo per pſalmiſtam dicitur.
Tollite portas principes vr̃as ⁊ ele- Ps. xxiij.
uamini porte eternales ⁊ introibit rex
glorie/quis ẽ iſte rex glorie? Dñs for
tis ⁊ potens/dñs potens in p̄lio. Et
rurſum dñs virtutum ip̃e eſt rex glo
rie. Per dei ergo fortitudinẽ nũciã-
dus erat qui virtutum dñs ⁊ potẽs
in prelio ad debellandas aerias po-
teſtates veniebat.

Moralium libro. xviij. ⁊ xxxiij. de
Incarnatione ꝟbi. Capitulum. iiij.

Virtus altiſſimi obũbrabit tibi Luce. i.
Obumbratio in ſacro eloquio
aliquãdo incarnatio dñi ponitur vl'
mentis refrigeriũ a feruore carna-
liũ cogitationũ/q̃d ꝟuata ꝟitate hy-

ſtorie ſermo teſtaꝛ angelic⁹ q̄ ad ma-
riā dicit. Spūſſanct⁹ ſuperueniet in te
z virt⁹ altiſſimi obūbrabit tibi. Per
obūbratiōis vocabulū incarnādi dei
vtraqꝫ natura ſignaꝛ. Umbra em̄ a
lumine z corpore formaꝛ. Dn̄s aūt p
diuinitatē lumē eſt/q̄ mediāte aīa
in virginis vtero fieri dignat⁹ eſt p
hūanitatē corpus. Quia ḡ lumē cor-
porandū in eius vtero erat incorpo-
randū ei que incorporeū cōcepit ad
corpus dicit. Uirtus altiſſimi obum-
brabit tibi. id eſt corp⁹ in te hūanita-
tis recipiet incorporeū lumē diuini-
tatꝭ/ex q̄ videlicet obūbratiōe omne
in te refrigeriū accipies mentis.

Moraliuꝫ libro. xviij. De vtraqꝫ
natura in xp̄o. Capitulum. v.

Nullus ſctōꝝ q̄buſlibet virtuti-
bus plenus, exiſtat /equari pōt
ei de q̄ beate marie ab angelo dictū
eſt. Quod naſceꝛ ex te ſctm̄ vocabiꝛ
fili⁹ dei. Nos q̄ppe z ſi ſcti efficimur
n̄ tn̄ naſcimur q̄a ipa nature corrup-
tibilis cōditiōe ꝯſtringimur vt cum
ꝓpheta dicam⁹. Ecce em̄ iniq̄tatibꝫ
ꝯcept⁹ ſum/z in delictis peperit me Ps. l.
maꝛ mea. Ille aūt veraciter ſolus ſā-
ctus natus eſt q̄ vt ipam ꝯditionem
nature corruptibilis vinceret ex cō-
mixtione carnalis copule cōceptus
nō eſt. Huic ſe quidaꝫ hereſiarches
equare voluit cū dixit. Non inuideo
xp̄o facto deo: ſi volo z ipe poſſū fie-
ri. Qui dn̄m noſtrū ieſum xp̄m non
p myſteriū cōceptionis ſed p ꝑfectū
gratie deū putauit/peruerſa allega-
tiōe aſtruēs eū purū hominē natuꝫ/
ſed vt deus eſſet p meritum ꝑfeciſſe
atqꝫ ob hoc eſtimās z ſe z quoſlibet
alios ei poſſe coeq̄ri q̄ filij dei p grāz
fiūt. nō intelligēs nec attendens q̄a
nemo pōt ei coeq̄ri. Aliud eſt em̄ na-
tos hoīes grām adoptionis ꝑcipere
aliud vnū ſingulariter p diuinitatis
potentiā deū ex ipo cōceptu ꝓdiſſe.
Nec equari pōt glīe vnigeniti habite
p naturā alioꝝ accepta p grāꝫ. Me-
diator q̄ppe dei z hoim hō xp̄s Je-
ſus nō ſicut iſte hereticus deſipit/al-
ter in hūanitate alter in deitate eſt/n̄
purus homo ꝯcept⁹ z edit⁹ poſt per
meritū vt de⁹ eſſꝫ accepit/ſꝫ nūciāte
angelo z aduenīēte ſpū mox v̄bū in
vtero: mox intra vteꝝ v̄bum caro/z
manēte incōmutabili eſſentia q̄ ei ē
cū pr̄e z cū ſpū ſctō coeterna aſſūpſit
intra v̄ginea viſcera vbi z ipaſſibiꝉ
pati: z imortalis mori: z etn̄⁹ an̄ ſcl'a
tēporalis poſſet eſſe in fine ſcl'oꝝ: vt
p ineffabile ſacramētū ꝯceptu ſctā/z
ptu inuiolabili ſcd̄m veritatē vtriuſ-
qꝫ nature eadē v̄go z ācilla dn̄i eſſet
z maꝛ. Sic q̄ppe ei ab elizabeth dici-
tur. Un̄ h̄ mihi vt veniat mater dn̄i Lu. j.
mei ad me: Et ipa v̄go ꝯcipiēs dic.
Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſecunduꝫ
verbū tuū. Et ꝯſuis ipſe eſt aliud ex
pr̄e aliud ex v̄gine nō tn̄ alius ex pr̄e
alius ex v̄gine/ſed ipe eſt eternus ex
patre/ipe tēporalis ex matre/ipe qui
fecit ipe qui factus eſt/ipe ſpecioſus Ps. xliiij.
forma pre filijs hoim per diuinitatē
z ipſe de quo dictū eſt. Uidimus eū Eſa. liij.
z nō erat aſpectus/z non eſt ſpecies
ei neqꝫ decor p humanitateꝫ. ipſe an̄
ſecula d̄ patre ſine matre. ipſe in fine
ſeculoꝝ de matre ſine patre. ipe tem-
plum. ipſe conditor tēpli: ipſe auctor
Matth. xxv
Tollite ab eo talentũ/ ⁊ inutilem ſeruũ eijcite in tenebras exteriores. Unuſquiſq; noſtrũ inq̃ẑtũ ſufficit/ inq̃ẑtũ aſpirationis ſupne grãm accepit: a prauitate primũ reuocare/ ⁊ ad bene opandũ exhortari: eternum quoq; regnũ vel ſuppliciũ errãti debet denũciare. Et nemo dicat. Ammonere nõ ſufficio/ exhortari idone⁹ nõ ſum. Quãtũ potes exhibe: ne talentũ ma'e ſeruatũ qꝺ acceperas/ in tormentis exigaris. Neq; eñ pluſq̃ẑ vnũ talentũ acceꝑat/qui ħ abſcõdere magis ſtuduit q̃ẑ erogare. Et ſcim⁹ ꝙ in dei tabernaculo nõ ſolũ phyale/ ſed p̃cipiẽte dño etiã ciati facti ſunt. Per phyalas q̃ppe exuberãs doctrina: per ciatos vero parua ⁊ anguſta deſignat̃ ſciẽtia. Ali⁹ doctrina veritatis plen⁹/audiẽtiũ mẽtes inebriat. Per hoc ğ quod dr̃/ pfecto phyalam porrigit. Alius qꝺ ſentit explere nõ valet. ſed q̃a ħ vtcunq; denũciat/ pfecto p ciatum guſtum p̃bet. In dei ğ tabernaclo: ideſt in ſancta eccľia poſiti: ſi per doctrinã ſapientie miſtrare phyalas minime poteſtis: inq̃ẑtum p diuina largitate ſufficitis boni verbi ciatos date pximis veſtris. Inq̃ẑtuꝫ vos pfeciſſe pẽſatis/etiã alios trahite: in via dei hẽc ſocios deſiderate. ſi ad deũ tẽditis/curate ne ad eum ſoli veniatis. Hinc eñ ſcriptũ eſt. Qui audit dicat veni: vt q iam in corde ſuperni amoris vocẽ accepit/ foris etiã pximis vocẽ reddat exhortatõis. Et fortaſſe panẽ vt indigẽti porrigat elemoſynã nõ habet: ſed mai⁹ eſt qꝺ tribuere valꝫ q linguã habet. Plus eſt eñ verbi pabulo victurã in ppetuuꝫ mentẽ reficere/ q̃ẑ ventrem moriture carnis pane terreno ſatiare. nolite ğ fratres proximis veſtris elemoſynaꝫ verbi ſubtrahere.

Exod. xxxvij. · Apocal. xxij.

De patiẽtia paſtorali. caplo. xxxiij Capitulum. lxxx.

Luc. xxi.
Dilectis ſuis veritas dr̃. In patientia veſtra poſſidebitis aĩas veſtras. Sic eñ cõditi miſerabiliter

Vbi.ſ. ſumus: vt ratio animā/ ꝛ aīa poſſi-
deat corpꝰ. Jus vo anīe a corꝑis poſ
ſeſſione repellit̄/ ſi nō ꝓus anima a ra
tione poſſidet̄. Cuſtodē igit̄ ꝯditiōis
noſtre patiētiam dn̄s eſſe mōſtrauit:
q̄a ꝛ ipe nos poſſidere noſmetipſos
docuit. Quāta ḡ ſit impatiētie cl'pa
cognoſcimꝰ: per quā ꝛ hoc ip̄m amit
timus poſſidere quod ſumus.

¶ Moraliū lib. v. ꝛ. xxj.

¶ De patiētia ꝑfectio naſcit̄. Jlle eīm
vere ꝑfectus eſt: q̄ erga impꝑfectionē
primi i patiēs nō ē. Qui patiētiā ſer
uare ꝯtemnit/ ſocialē vitā citius per
impatientiā deſerit. neq̄ȝ eīm ſeruari
vnq̄ȝ ꝯcordia niſi per ſolā patiētiam
valz. Crebro nāq̄ȝ in humana actiōe
naſcit̄: vnde mētes boīum viciſſim a
ſuauitate ꝛ dilectiōe ſeparent̄. Et ni-
ſi ad aduerſa tolerāda in anīo ſe ꝓpa
rent/ cum aduerſitatꝫ aliq̄d acciderit
q̄d animꝰ ferre nō valet fraternā con
cordiā relinquent. Sed q̄ alienā im-
perfectōēz ferre nō valēs deſerit: ip̄e
ſibi teſtis eſt ꝙ ꝑfecte necdum ꝓficit.
Hinc eſt ꝙ in euāgelio vt ſup̄ cōme-
morauimꝰ veritas dr̄. Jn patientia
veſtra poſſidebitꝫ aīas vr̄as. Quid
eſt eīm animā poſſidere/ niſi ꝑfecte in
oīb) viuere cūctis mētis motibus
ex vtutꝫ arce dn̄ari? Qui igit̄ patien
tiam tenet/ aīam poſſidet: q̄a inde cō
tra aduerſa oīa fortis efficit̄: vnde
ſibi ꝛ ſcip̄m vincēdo dominat̄. Et q̄
ſe laudabil'r frāgit/ infractuꝫ ſe fortiꝰ
exerit: q̄a cū in ſuis ſe voluptatib) ſu
perat/ ſeſe ad ꝯ̄ria inuictum parat.

De paſſione domini. Moralium
libro. ij. Capitulum. lxxxi.

Lu. xxij. Dominus noſter Jeſus chriſtꝰ
in ſe credentes edocet: vt in fla-
gellis poſiti/ bn̄dicere dn̄o ſciāt ꝛ gra
tias agere. Cū eīm teſte euāgelio ꝓ-
pinquare paſſiōi dicit̄/ accepto pane
gratias egiſſe perhibet̄. Gratias ita-
q̄ȝ agit/ qui flagella aliene iniq̄tatis
ſuſcipit/ ꝛ q̄ nil dignū ꝑcuſſione exhi
buit/ humiliter in ꝑcuſſione bn̄dicit:
vt hinc videlicꝫ oſtēdat q̄d vnuſq̄ſq̄ȝ
in flagello culpe ꝓprie facere debeat:
ſi ip̄e equanimiter flagella culpe por
tat aliene: vt hinc oſtēdat q̄d in cor-
reptōē faciat ſubditꝰ: ſi in flagello po
ſitus patri gratias agit equalis.

Moralium libro. xxiiij. De timo-
re mortis. Capitulum. lxxxij.

JEſus factus in agonia/ prolixius
orabat. Electi dei ſemper diſtri Lu. xxij.
cta dei iudicia ſup ſe metuūt: tūc ta-
men hec vehemēter pertimeſcunt cū
ad ſoluendū humane cōditionis de-
bitum veniētes: diſtricto iudici pro-
pinquare ſe cernūt. ꝛ fit tanto timor
acrior/ q̄nto ꝛ retributio eterna vici-
nior. Creſcit pauor vicina retribu-
tione iuſticie/ ꝛ vrgēte ſolutione car-
ne: quanto magis diſtrictum iudi-
cium iamiamq̄ȝ cernit̄/ tāto vehemē
tius formidat̄. Et ſi ea que ſciūt nū-
q̄ȝ ſe ꝑmiſiſſe meminert: formidāt
tamē ea q̄ neſciunt: q̄a videlicꝫ ſemet-
ip̄os dīiudicare ꝛ cōprehēdere om-
nino nō poſſunt: ꝛ vrgēte exitu ſubti
liori terrent̄ metu. Vn̄ redēptor no-
ſter ſolutioni carnis appropinquās/
ꝛ membroꝝ ſuoꝝ ſpeciem ſeruās: fa-
ctus in agonia cepit prolixius orare.
Quid eīm ꝓ ſe ille cū agonia peteret/
qui in terris poſitꝰ/ celeſtia cum po-
teſtate tribuebat? Sꝫ appropinquā-
te morte: noſtre mētis in ſe certamen
exp̄ſſit: qui vim quādā terroris ꝛ for-
midinis patimur: cū per ſolutionez
carnis eterno iudicio propinq̄mus.

Neq͡ʒ em̄ tunc cuiuſlibet aĩa imme-
rito terret᷑: quãdo poſt puſillum hoc
inuenit quod in eternũ mutare non
poſſit.

Moraliũ libro .iij. De gratia be-
nignitatis. Capitulum. lxxxiij.

Matth. xxvi. AMice ad q̄d veniſti? Illos qui
nobis aduerſant᷑ amicos nomi-
nare debem⁹: ſicut a dño ipſi quoq͡ʒ
traditori dicit᷑. Amice ad quid veni-
ſti? Et diues qui in inferni igne cru-
Luc. xvi. ritur/ab Abraam filius vocat᷑: quia
et ſi per nos mali corrigi negligunt:
dignũ tñ eſt vt a nobis nõ ex ſua neq̃-
tia/ſʒ ex nr̃a benignitate nominẽtur.

Moraliũ libro. xiiij. ⁊ in homelia
ſuper Si quis diligit me. Et ſuper
Maria magdalene. De negatione
Petri. Capitulum. lxxxiiij.

Jo. xviij. CUm autẽ vidiſſet ancilla q̄daʒ
oſtiaria ſedẽtẽ Petrũ ad lumẽ
⁊ cũ fuiſſet intuita/dixit. Nunq̄d ⁊ tu
ex diſcipulis es hominis iſti⁹? Nega-
uit ille ⁊ dixit. Nõ ſum. Quales do-
ctores ſancte eccl'e ante aduentũ ſan
cti ſpirit⁹ fuerint ſcim⁹: ⁊ poſt aduẽ-
tum illius cuius fortitudis ſint facti
cõſpicim⁹. Certe ipẽ paſtor eccleſie ⁊
prim⁹ apoſtolorꝫ ad cuius ſacratiſſi-
mũ corp⁹ ſedimus quãte debilitat̃/
q̃nteq͡ʒ formidinis fuerit ancilla oſti-
aria req̄ſita dicat. Una em̄ mulieris
voce ꝑculſus/ dũ mori timuit vitam
negauit. Qui nõ penis/ nõ afflictiõi-
bus/nõ terribili cuiuſq̃ꝫ poteſtate: ſʒ
vnius mãcipij ſola eſt ꝓſtratus indi-
gnatione. Et q̄dem mancipiũ ne ſe-
xus firmior terribilis demõſtraret᷑/
ancilla eſt inq̄rẽre tentat⁹. Rurſuſq͡ʒ
vt talis ſerus infirmitas etiam offi-
cij ſui deiectiõe vileſceret: nõ ab an-
cilla tñmodo/ ſed ab oſtiaria ancilla
req̄ſitus eſt. Ecce q̃ꝫ vilis eſt ad ten-
tanduꝫ ꝑſona requiſita: vt aperte ꝓ-
deret᷑ quantũ eũ timoris infirmitas
poſſideret: q̄ nec ante vocem oſtiarie
ancille ſubſiſteret. Et pẽſandum q̄a
cõprehenſum Petr⁹ negauit in ter-
ra: quem ſuſpenſum latro confeſſus
eſt in cruce. Sed vir iſte tante formi-
dinis qualis poſt aduentum ſancti
ſpũs exiſtat audiamus. Fit conuen-
tus magiſtrat⁹ ⁊ ſeniorꝫ ceſis denũ-
ciatur apoſtolis ne in noĩe Jeſu loq̄
debeãt. Petrus auctoritate magna
reſpõdit. Obedire oportet deo magis Actu. v.
q̃ꝫ hominibus. Et rurſum. Si iu- Ibidem.
ſtum eſt in cõſpectu dei vos potius
audire q̃ꝫ deum/ iudicate. Nõ enim
poſſum⁹ que vidim⁹ ⁊ audiuim⁹ nõ
loqui. Et illi q̄dem ibant gaudentes Actu. v.
a cõſpectu cõcilij: quoniã digni habi-
ti ſunt ꝓ nomine Jeſu ꝯtumeliã pati.
Ecce gaudet Petr⁹ in verberib⁹: q̄
ante in verbis timebat: ⁊ q̄ ꝓus ancille
vocẽ requiſit⁹ timuit: poſt aduentũ
ſancti ſpũs vires principũ ceſus ſpre-
uit. Conſiderandũ ṽo nobis eſt/cur
omnipotẽs de⁹ eũ quẽ cũcte ꝑferre
diſpoſuerat eccl'ie ancille vocẽ perti-
meſcere: ⁊ ſeipm̃ ꝑmiſit negare. Nõ
nimirũ actũ eſſe pietatis magne co-
gnoſcim⁹ diſpẽſatiõe: vt is qui futu-
rus erat paſtor eccl'ie in ſua culpa di-
ſceret qualit᷑ alijs miſereri debuiſſet.
Prius itaq͡ʒ eũ ſibi oſtẽdit: ⁊ tũc ce-
teris prepoſuit: vt ex infirmitate ſua
cognoſceret q̃ꝫ miſericorditer aliena
infirma toleraret.

De diuerſitate peccantiũ. Moraliũ
libro. viij. ⁊. xxij. Cap. lxxxv.

ET ꝯuerſus dñs reſpexit petrũ.
Duob⁹ modis a dño pecca or Luc. xxij.
vnuſquiſq͡ʒ reſpicit᷑: cũ aut a peccato

ꝯuertit̃/aut ex pctō punit̃. De reſpe-
ctu ꝯuerſiōis dr̃. Qꝛ reſperit dn̄s pe
trū:⁊ recordat⁹ Petr⁹ fleuit amare.
Miſcđia qꝙpe redēptoris inſenſibi-
litatis nr̄e duriciā cū reſpicit/ ad pe-
nitentiā emollit. Nequaꝗꝫ enim poſt
mortē liberat/quē ante mortē ad ve-
Pſ. cv. niā gr̄a nō reformat. Hinc pſalmiſta
et. vi. et. ait. Qm̄ in ſeculū miſcđia ei⁹. ꝗa ni-
cxxxv. mirū quem nequaꝗꝫ modo miſcđia
eripit/ ſola poſt pſ̄ens ſeculū iuſticia
addicit. De reſpectu rurſus vltionis
Pſ. xxxiij. dr̃. Vult⁹ aūt dn̄i ſuꝑ faciētes mala
vt ꝑdat de terra memoriā eoꝝ.

Moralium libro. xxv.

Sciendū eſt aūt ꝙ omne peccatū
trib⁹ modis admittit̃:nam aut igno-
rantia/aut infirmitate/ aut ſtudio ꝑ-
petrat̃. Et grauı⁹ quidē infirmitate
ꝗꝫ ignorātia: ſed mlto grauı⁹ ſtudio
ꝗꝫ īfirmitate peccat̃. Ignorātia pau
i. Tim. j. lus peccauerat cū dicebat. Qui pri⁹
fui blaſphemus⁊ ꝑſecutor ⁊ ꝯtume-
lioſus/ſed miſcđiam ꝯſecut⁹ ſum. ꝗa
ignorās feci in incredulitate. Petr⁹
vero infirmitate peccauit: qn̄ omne
in eū robur fidei quod dn̄o ꝓbibuit/
vna vox puelle cōcuſſit: ⁊ deū quem
corde tenuit/voce denegauit. Sꝫ qꝛ
infirmitatis culpa vł ignorātia eo fa
cilius tergit̃:quo nō ſtudio ꝑpetrat̃/
Paulus qui ignorauit ſciēdo corre-
xit: ⁊ Petr⁹ motā ⁊ quaſi areſcentē
iam radicē fidei lachrymis rigando
ſolidauit. Si igit̃ fortaſſe aliqs labit̃
in fide/ petrū aſpiciat ꝙ amare fleuit
qđ ꝑ infirmitatē timoris negauerat.
In homelia Suꝑ Maria ſtabat.
Ex induſtria ꝟo peccauerāt hi de
Job. xv. quibus ipē per ſe magiſter dicebat.
Si nō veniſſem ⁊ locut⁹ eis fu.iſſem
peccatū nō haberēt. Nunc aūt excu-
ſationē nō habēt de peccato ſuo. Et Ubi. ſ.
paulo poſt. Et viderūt ⁊ oderunt/ ⁊
me ⁊ patrē meū. Aliud eſt em̄ bona
nō facere/ aliud bonoꝝ odiſſe docto-
rem: ſicut aliud eſt ꝑcipitatiōe/aliud
deliberatione peccare. Sepe em̄ pec
catū precipitatiōe cōmittit̃: qđ tamē
ꝯſilio ⁊ deliberatiōe damnat̃. Ex in-
firmitate em̄ plerumqꝫ ſolet accidere
amare bonū/ ſed implere nō poſſe: ex
ſtudio vero peccare eſt bonū/nec fa-
cere nec amare. Sicut ergo nōnūꝗꝫ
grauius eſt peccatū diligere/ ꝗꝫ per-
petrare: ita nequi⁹ eſt odiſſe iuſticiaꝫ
ꝗꝫ non feciſſe. Sunt ergo nōnulli in
eccl̄ia qui non ſolū bona nō faciunt/
ſed etiā perſequunt̃: ⁊ que ipſi facere
negligūt/etiāꝫ in alıȷ̄s deteſtant̃. Ho
rum peccatū ſcilicꝫ nō ex infirmitate
vł ignorātia/ ſed ex ſolo ſtudio perpe
tratur: quia videlicꝫ ſi vellent imple-
re bona nec tamen poſſent: ea que in
ſe negligūt/ ſaltē in alıȷ̄s amarēt. Si
em̄ ea ipſi vł ſolo voto appeterent fa
cta ab alıȷ̄s nō odiſſent. Sꝫ bona ea-
dem audiēdo cognoſcūt/ viuēdo de-
ſpiciūt/ aniaduertendo ꝑſequuntur.
Sūt item ꝗdaꝫ in eccl̄ia qui bona ꝙ
facere deſpiciūt/etiā ſcire ꝯtemnunt.
Quia em̄ ſcriptū eſt: ſeru⁹ neſciens Luc. xij.
voluntatē dn̄i ſui ⁊ nō faciēs digna
plagis vapulabit paucis. ⁊ ſeru⁹ ſci
ens voluntatē dn̄i ſui ⁊ nō faciēs iu-
xta eam vapulabit mꝫtꝭ. impunita-
tē peccādi exiſtimāt remediū neſcien
di. Qui nimirū ſolo ſuꝑbie caligine
tenebreſcūt/⁊ iō nō diſcernūt: qꝛ aliđ
eſt neſcire/aliud ſcire noluiſſe. Neſcire
ei ē ignorātia: ſcire noluiſſe ē ſuꝑbia.
Et tāto magis excuſationē non pn̄t
hr̄e qꝛ neſciāt: ꝗnto magis eis etiā no
lentib⁹ humilitatis diuine facta ⁊ hū

viuēdi exēpla opponunt̃ ab eo mon
ſtrata que cognoſcāt.

Moraliū lib.x.ꝛ.xxij. De diſcre-
Lu.xxiij. tione tacēdi. Capitulum.lxxxvj

Interrogabat Jeſum herodes
multis ſermonibꝫ/at ipſe nihil
ei reſpōdebat. Sancti viri cū audiē
tibus prodeſſe nequeūt/etiā deſpici
tacētes volūt/ne de ſue ſapiētie glo-
rient̃ oſtētatione. Cūqꝫ prudent̃ ali-
qd dicūt/nō ſuā gloriā/ſꝫ auditorū
vitā q̄rūt. Cū vero cōſpiciūt qa vitā
auditoꝝ loquēdo lucrari nō poſſūt:
tacēdo ſciam ſuā abſcōdūt. Ad imi-
tandā qppe vitā dn̄i quaſi ad quod-
dā nobis ꝓpoſitū ſignū currimus:q
pro redēptiōe noſtra moriēs in cru-
ce tenebroſis noſtris mētibus lucē
ꝑ lignū ſicut lāpas fudit. Hac nos
lāpade ioānes illuminari ꝯſpexerat
Job.j. cū dicebat. Erat lux vera que illumi-
nat omnē hominē venientē in hunc
mūdum. Huius lāpadis flāmas he
rodes explorare voluit: cū eius mi-
racula videre concupiuit ſicut ſcri-
Lu.xxiij. ptū eſt. Herodes viſo ieſu gauiſus
eſt/erat eñ ex multo tēpore cupiens
videre eū/eo ꝙ audiſſet multa d̄ illo
ꝛ ſperabat ſignū aliquod ab eo vide
re fieri. Ubi ꝛ ſubdit̃. Interrogabat
aūt eū multis ſermonibus at ipe ni-
hil ei reſpōdebat. Lāpas qppe ante
eiꝰ oculos nullo radio lucis emicuit
qa ei q̄ ſe nō pie ſꝫ curioſe q̄ſierat nil
de ſe mirabile oſtēdit. Inquiſitꝰ ita
qꝫ dn̄s tacuit:expectatꝰ miracula ex
hibere ꝯtēpſit:qa herodē nō ꝑfectū
querere:ſꝫ ſciētiā vl' ſigna mirari vel
le proſpexit. Heſe igit̃ in occultis re
tinēs apud ſe:eos quos exteriora q̄-
rere cōperit ingratos foris reliquit/
magis eligēs apte a ſupbientibꝫ de-
ſpici/q̄ꝫ a nō credentibꝫ vacua voce
laudari. Quia eñ cōſtant̃ tacuit ab
herode deriſus ꝛ deſpectus exiuit/ſi
cut ſcriptū eſt. Spreuit aūt illum he
rodes cū exercitu ſuo/ꝛ illuſit indu- Lu.xxiij.
tū veſte alba. Quod videlicꝫ factū
oportꝫ nos audiētes diſcere/vt quo-
tiēs auditores noſtri noſtra volūt q̄
ſi laudanda cognoſcere:non aūt ſua
ꝑuerſa mutare oīno taceamus:ne ſi
oſtētationis ſtudio verbū dei loqui-
mur ꝛ illoꝝ culpa que erat eſſe nō de
ſinat ꝛ noſtra que nō erat fiat.

Moraliū libro.xij. De ſignificati
one ligni. Capitulū.lxxxvij.

Si in viridi ligno hec faciunt/in Ubi.ſ.
arido quid fiet? In ſcriptura ſa
cra ligni nomine aliq̄n crux aliquan
do vir iuſtus/aliq̄n vero incarnata
dei ſapiētia figurat̃. Crux eteni per
lignū ſignat̃ cū dicit̃. Mittamus li- Hiere.xj.
gnū in panē eius. Lignū qppe mit-
tere in panē eſt dn̄ico corpori crucē
adhibere. Rurſū ligni noīe vir iuſtꝰ
aut iniuſtus exprimit̃:ſicut ꝑ ꝓphe-
tā dn̄s dicit: Ego dn̄s humiliaui li- Ezechiel
gnū ſublime ꝛ exaltaui lignū humi- xvij.
le:qa iuxta eiuſdē veritatis vocē oīs
qui ſe exaltat humiliabitur/ꝛ qui ſe Luc.xiiij
humiliat exaltabitur. Rurſum ꝑ li- ꝛ.xviij.
gnū incarnata dei ſapiētia figurat̃/
ſicut de ea ſcriptum eſt. Lignum vi- ꝓuerb.iij
te eſt his qui apprehenderint eam/ꝛ
ſicut ipſa ait. Si in viridi ligno hec
faciunt:in arido quid fiet? Se eñ li
gnū viride:ꝛ nos aridū lignum di
xit/quoniā ipe vim diuinitatis in ſe
habuit:nos vero qui puri homines
ſumus lignū aridū ſumus.

In homelia ſuper Maria ſtabat
ꝙ per mortē chriſti dyabolꝰ capti-
uatus eſt. Capitulum.lxxxviij.

Lu.xxiij. POſtq̄ʒ venerūt in locuʒ q̄ vocat caluarie/ibi crucifixerunt dn̄m
Jeſum/ ⁊ duos latrones. vnuʒ a de-
xtris/⁊ alterū a ſiniſtrꝭ. Ecce fratres
chariſſimi/ ad penā crucis ꝯditor no
ſter ſine culpa ꝓ peccatoribꝫ aduenit:
⁊ ꝓ humano genere qui morti nihil
debebat/ ꝑ crucꝭ ſupplicium occubuit:
⁊ inde antiquū hoſtē meterenū percu
ſſit/ vnde ſeuire cōtra ſe manus ꝑſe-
quentium tēporaliter ꝑmiſit. Quod
apte dn̄s beato Job indicat dicens.
Job.xl. Nunqd capies leuiathan hamo? In
hamo eſca oſtēditur/aculeꝰ occulta-
tur. Leuiathan igit͛ idest antiquum
ſerpentē diabolū/ pat͛ omnipotēs ha-
mo cepit: quoniā ad mortē illiꝰ vni-
genitū filium incarnatū miſit: in q̄ ⁊
caro paſſibilis videri poſſet/ ⁊ diui-
nitas impaſſibilis videri non poſſet.
Cumq̄ʒ in eo ſerpēs iſte ꝑ manuʒ ꝑ-
ſequentiū eſcā corꝑis momordit/ di-
uinitatis illū aculeus ꝑforauit. Pri-
us autē eū in miraculis deuʒ cogno
uerat/ſed de cognitōe ſua ad dubie-
tatē cecidit: quoniā hūc paſſibilē vi-
dit. Quaſi hamꝰ ergo fauces glutien
tis tenuit/ dum in illo carnis eſca pa
tuit quā deuorator appeteret/ ⁊ diui-
nitas tēpore paſſionis latuit: q̄ neca-
ret. In hamo eius incarnationis ca-
ptus ē. q: dū in illo appetijt eſcā cor-
poris/ tranſfixꝰ eſt aculeo diuinitatꝭ.
Ibi q̄ ꝑpe inerat humanitas: que de-
uoratorē ad ſe duceret: ibi diuinitas
que ꝑforaret. Ibi apta infirmitas q̄
ꝓuocaret. ibi occlta virtꝰ q̄ raptoris
faucē tranſfigeret. In hamo igit͛ ca-
ptꝰ eſt: quoniā inde interijt vnde mo
mordit. quos ergo iure tenebat mor
tales ꝑdidit: quoniā eū in q̄ ius non
habuit/ morte crucis appetere ímor
talem ꝑſumpſit. Ecce antiquꝰ hoſtis
ea que de humano genere cepat ſpo
lia amiſit: ⁊ ſupplātatiōis ſue victo-
riā cū redēptor in cruce moreret͛ ꝑdi

In homelia ſup Hoc eſt (dit.
ꝓceptum. De charitate ⁊ oratiōe re-
demptoris. Capitulū.lxxxix.

PAter dimitte illis: q: neſciūt q̄d Lu.xxiij.
faciunt. Una ⁊ ſūma eſt ꝓbatio
charitatꝭ: ſi ⁊ ipe diligit͛ qui aduerſa-
tur. Hinc eſt q̄ ipa veritas ⁊ crucis
patibulū ſuſtinet: ⁊ tn̄ ipis ſuis perſe
cutoribꝫ affectū dilectiōis impendit:
dū in cruce exorat ꝓ eis. Quid ergo
mirū ſi inimicos diligūt diſcipuli dū
viuūt: qn̄ ⁊ tunc inimicos diligit ma
giſter cum occidit͛?

Moraliū libro.xiij.

Sciendū eſt autē q̄ abſq̄ iniq̄ta-
te manꝰ ſue dn̄s ab inimicis cū occi-
deret͛ ꝑtulit qui peccatū nō fecit/nec
dolus inuētus eſt in ore eiꝰ: ⁊ tn̄ cru-
cis dolorē ꝓ noſtra redēptiōe tolera-
uit. Qui ſolꝰ pre oībꝫ ad deum ꝓces
mūdas habuit: q̄a in ipo dolore paſ-
ſionis ꝓ ꝑſecutoribꝫ exorauit dicēs.
Pat͛ dimitte illis: q: neſciūt quid fa- Lu.xxiij.
ciūt. Quid em̄ dici/ q̄d in prece mū-
dius pōt cogitari/ q̄ʒ cū ⁊ illis miſeri-
cordia interceſſionis impendit͛: a q̄bꝰ
dolor tolerat͛? Un̄ factū eſt vt redem
ptoris nr̄i ſanguineʒ quē ꝑſecutores
ſeuiētes fuderāt poſtmodū credētes
biberēt: eūq̄ʒ dei filiū eſſe ꝓdicarent.

De latrone fideli. Moraliuʒ libro
xviij. Capitulum.xc.

DOmine memēto mei dū vene- Lu.xxiij.
ris in regnuʒ tuū. Ad indignā
mentē veniēs deꝰ dignā ſibi exhibet
viuēdo: ⁊ facit in ea meritū qd̄ remu
neret: q̄ hoc ſolū inuenerat qd̄ puni-
ret. Libet int͛ hec mētꝭ oc'los ad illū

latronē ducē q̄ d fauce aſcēdit crucē
de cruce paradiſuꝫ. Intueamur q̄lis
ad patibulū venit / ꝛ a patibulo q̄lis
abſceſſit. Venit reꝰ fraterno ſanguine:
venit cruētus: ſꝫ interna gr̄a ē in cru
ce mutatꝰ. Et ille q̄ mortē fratri in-
tulit/ morientis dn̄i vitam p̄dicauit di
cens. Dn̄e memēto mei cū venerꝭ in
regnū tuū. In cruce claui manꝰ eiꝰ
pedeſq̄ȝ ligauerāt: nihilq̄ȝ in eo a pe-
nis liberꝝ niſi cor ꝛ lingua remāſerat
Inſpirāte deo totuꝫ illi obtulit qđ in
ſe liberꝝ inuenit: vt iuxta h̄ qđ ſcptuꝫ
eſt. Corde crederet ad iuſticiā/ ore cō
fiteret̄ ad ſalutē. In corde ꝟo fideliū
I. Co. xiij tres ſūmopere manere ꝟtutes teſta
tur ap̄l'us dicēs. Nūc aūt manent fi-
des/ ſpes/ charitas. q̄s cūctas ſubita
repletꝰ gr̄a ꝛ accepit latro/ ꝛ ſeruauit in
cruce. Fidē nāq̄ȝ habuit/ q̄ regnaturꝝ
dn̄m credidit: quē ſecū parit̄ morien
tem vidit. Spem habuit qui regni
eiꝰ aditū poſtulauit dicēs. Memen
to mei cū veneris in regnū tuū. Cha
ritatē quoq̄ȝ in morte ſua viuacit̄ te-
nuit qui ꝛ fratrē ꝛ conlatronē ꝓ ſimi
li ſcelere morientē / ꝛ de iniq̄tate ſua
Lu. xxiij. arguit: ꝛ ei vitā quā cognouerat p̄di
cauit dicēs. Neq̄ȝ tu times deuꝫ q̄ in
in eadē dānatione es? Et nos q̄dem
iuſte/ nā digna factis recipimus/ hic
vero nihil mali geſſit. Ille q̄ talia ad
crucē venit ex cl̄pa/ ecce qualis a cru
ce recedit ex gr̄a. Cōfitebat̄ dn̄ꝫ quē
videbat ſecū hūana infirmitate mo-
rientē: q̄n negabāt apoſtoli cū quem
miracula viderāt diuia ꝟtute facien
tem. Sed hi qui ſaluari hoīem ꝓpꝛiꝭ
viribꝫ aſtruūt/ eandē cōfeſſionē hoīs
ab ipſiꝰ eſſe ꝟtute ſuſpicant̄. Quod
Ps. xcv. ſi ita eſſꝫ/ in dei laude pſalmiſta nō di
ceret. Cōfeſſio ꝛ magnificētia opus
eius. Ab eo itaq̄ȝ accipimꝰ recta cōf
fiteri: a q̄ nobis ꝛ magna dant̄ opari

In homelia ſuper anno. xv. ꝛ. ꝛ ſu
per Maria ſtabat. de largitate diui-
ne bonitatis. Capitulū. xcj.

Hodie mecum eris in paradiſo. Lu. xxiij
Preſtat fratres chariſſimi ma-
gnam venie fiduciā latro ille venera
bilis/ q̄ nō inde venerabilis vnde la-
tro. Nā latro ex crudelitate/ venerabi
lis ex ꝯfeſſione. Cogitate ergo cogi-
tate q̄ȝ ſint incōprehēſibilia i om̄ipo
tente deo miſericordie viſcera. Latro
iſte cruētis manibꝫ abſtractꝰ a fauce
itineris ſuſpēſus eſt in patibulo cru
cis. Ibi ꝯfeſſus/ ibi ſaluatꝰ/ ibi audi-
re meruit: hodie mecū eris in ꝑadiſo
Quid ē h̄? Quis tantā bonitatē dei
dicere/ q̄s eſtimare ſufficiat? De ipſa
pena criminis ꝑuenit ad p̄mia virtu
tis. Si quis igit̄ ꝯ p̄ximū ſuū in ma
licia crudelitatis exarſit aſpiciat hūc
latronē qui in ip̄o mortꝭ articulo ad
vite p̄mia penitēdo ꝑuenit. Ab ſpei
ergo certitudine nulla nos malorꝫ
noſtroꝝ qualitas/ nulla q̄ntitas fran
gat: q̄m omnipotēs deꝰ ſi ad eum to
to corde ꝯſurgimus ſpem venie red-
det/ ꝛ nobis per lamēta penitētie viā
miſericordie ꝛ pietatis aperiet.

De morte ꝛ reſurrectōe dn̄i. Mo
raliū lib. o. xiiij. ꝛ. xxx. Ca. xcij.

Una ſabbati q̄buſdaꝫ mulieribꝫ Lu. xxiiij
valde diluculo ad monumētū
venientibꝫ: ecce duo viri ſteterūt ſecꝰ
illas in veſte fulgēti/ qui dixerūt eis.
Quid queritꝭ viuentē cū mortuis?
Non eſt hic/ ſed ſurrexit. Dei filiꝰ id-
circo inter nos homo factꝰ eſt: vt nō
ſolum nos ſanguine ſuo redimeret/
ſed etiā oſtenſo exēplo ꝯmutaret. In
cōuerſatione igit̄ noſtra ꝛ veniendo

alia inuenit / ⁊ viuendo alia docuit.
Studebant em̄ om̄es ſupba Adam
ſtirpe ꝓgeniti ꝓſpera vite p̄ſentis ap
petere/aduerſa duitare/opprobria fu
gere/gl'iaꝫ ſequi. Uenit inter eos in-
carnatus dn̄s aduerſa appetēs ꝓſpe-
ra ſpernēs/opprobria āplectens/glo-
riam fugiēs. Nā cū iudei illū regem
ſibi cōſtituere voluiſſent fieri rex re-
fugit: cum vo eū interficere moliren
tur/ſpōte ad crucis patibuluꝫ venit.
Fugit ergo quod om̄es appetūt: ap-
petijt quod om̄es fugiūt. Sed dum
fugit quod oēs appetūt/ appetijt qd
om̄es fugiūt. fecit qd om̄s miraren
tur vt ⁊ mortuꝰ ip̄e reſurgeret: ⁊ mor
te ſua alios de morte ſuſcitaret. Due
quippe vite ſunt hoīs in corpe cōſi-
ſtentis. Una ante mortē/alia poſt re-
ſurrectionē. quarū vnā om̄es agen-
do nouerāt/aliam neſciebāt: ⁊ huma
num genꝰ ſoli huic quā nouerat intē
debat. Uenit per carnē dn̄s: ⁊ dum
ſuſcepit vnā/alterā demonſtrauit. q
dū hanc nobis cognitā ſuſcepit: illaꝫ
que nobis ē incognita oſtēdit. Mo-
riēdo q̄ppe vitā exercuit quā tenemꝰ
reſurgēdo apuit quaꝫ q̄ramꝰ: exēplo
ſuo nos docens ꝙ hec vita quā ante
mortē ducimꝰ nō ꝓpter ſe ſit amāda/
ſed ꝓpter alterā toleranda. Redēptor
ergo noſter ſuſcepit mortē ne mori ti
meremꝰ. oſtēdit reſurrectiōꝫ/ vt nos
reſurgere poſſe ꝯfidamꝰ. Unꝭ ⁊ candē
mortē nō pluſq̄ꝫ triduanā eſſe voluit:
ne ſi ī illo reſurrectio differret/in no-
bis oīno deſparet. Mortē igit̄ trāſi-
toriē. i. ad triduū cōtigit: atq̄ꝫ in eam
mortē quā ꝯtigit nequaq̄ꝫ ſicut nos
vſq̄ꝫ ad finē ſeculi remāſit. Dū ergo
die tertio reſurrexit/ q̄d in eiꝰ corpo-
re. i. in eccleſia ſequat̄ oſtēdit. Exem
plo quippe mōſtrauit qd ꝓmiſit in p̄-
mio: vt ſicut ip̄m reſurrexiſſe fideles
cognoſcerēt/ ita in ſe ipſi in fine mū-
di reſurrectiōis p̄mia ſperarent.

Moraliū lib. 4. ⁊. xiiij. De dubieta
te aploꝝ ī dn̄i reſurrectōe. Ca. xciij.

Duo ex diſcipulis ibāt ipſa die ī Lu. xxiiij
caſtellū nomīe emaus. Sancti
apoſtoli in h' eccl'ie corpe quaſi den-
tes idcirco ſunt poſiti vt vitā carna-
lium correptōe mordeant: cāq̄ꝫ a ſue
pertinacie duricia cōfringāt. Unꝭ et
p̄mo aploꝝ q̄ſi denti in eiꝰ corpe po Actu. x.
ſito dr̄: macta ⁊ manduca. Sed dn̄i-
ce paſſiōis tpe iſti dentes pre timore
mortis amiſerūt morſum correptio-
nis. amiſerūt fiduciā roboris. amiſe-
runt efficaciā om̄imode opatōis: ita
vt duo ex illis ambulātes/poſt eius
mortē ⁊ reſurrectōeꝫ in via loqueren
tur ac dicerēt. Nos ſperabamꝰ quia
ip̄e eſſꝫ redemptur ꝰ iſrael. Cōfabula
bantur adhuc d' dn̄o/ ſed iam in illo
minime credebāt. virtutē bone ope-
rationis amiſerāt: ⁊ ſola de illo cōfa-
bulatiōis verba retinebāt. Perdide
runt morſum correptiōis/⁊ habebāt
motū locutōis. Cōfabulari nouerāt:
ſed p̄dicare iam eū aut mordere infi
delium vitia formidabāt. Sciēdum
eſt autē moris eē ſacre ſcp̄ture: vt ipi
q̄ ſcribūt ſic de ſe in illa q̄ſi de alijs lo Joā. xix.
quant̄. Hinc Joannes dr̄. Diſcipulꝰ mar. xvj.
ille quē diligebat Jeſus. Hinc Lu- Lu. xxiiij
cas ait: ꝙ ambulabāt duo ex diſcipu
lis in via/ Cleophas ⁊ alꝰ. Quē pfe
cto aliū dū tā ſtudioſe tacuit (vt qui-
daꝫ dicūt) ſeip̄m fuiſſe mōſtrauit.

In homelia ſup Si q̄s diligit me
De infuſione ſancti ſp̄ūs. Ca. xciiij.

Nonnē cor noſtꝝ ardēs erat in
nobis dū loqueret̄ in via? Dēs Ubi. s.

quos ſpūſſctūs repleuerit/ ardentes pariť ⁊ loquētes facit. Ideo ſcti doctores cū deū amādo p̄dicant/ corda audiētiū inflāmant. Nā ⁊ ocioſus ē ſermo doctoris/ ſi p̄bere nō valet incendiū amoris. Hoc doctrine incendiū ab ip̄o ṽitatis ore cōceperant: q̄ dicebāt. Nonne cor nr̄m ardēs erat in nobis dū loq̄reť in via ⁊ aperiret nobis ſcp̄turas? Ex audito q̄ppe ſermone animꝰ inardeſcit/ torporis frigus recedit. fit in ſuperno deſiderio mens anxia/ a cōcupiſcētijs terrenis aliena: amor verus q̄ hāc repleuerit in fletibꝫ cruciat: ⁊ q̄ torq̄bat ꝑus ꝓ deſideria/ poſtmodū ardet ꝓ verba. ⁊ quot mādatis inſtruiť/ quaſi tot facibus inflammať.

De apparitiōibꝫ dn̄i. ⁊ ne imperfecti audeāt p̄dicare. Moraliū lib. ij. ⁊ xij. et in paſtorali. cap. xlix. Ca. xcv.

Dominꝰ ⁊ redēptor nr̄ q̄z uis occidi ꝓ paſſionē potuit/ ꝓ reſurrectōis tn̄ gloriā rurſus ad vite viriditatē venit: ⁊ ꝓ ṽtutē dei extincta caro illiꝰ ad vitā redijt. iuxta qđ ſcp̄tū ē

Lu. xxiiij Quē deꝰ ſuſcitauit a mortuis. q꞉ ei deꝰ trinitas eſt/ extinctā carnē vnigeniti filij/ ſancta trinitas. i. pať ⁊ iſdez filius ⁊ ſpūſſctūs reſuſcitauit. Reſurrectōis ṽo ſue ſolēnitate celebrata/ quibuſdā ꝓuectionū acceſſibꝫ innotuit incorruptiōz corꝑis qđ reſūpſit: Luca q̄ppe atteſtante didicimꝰ q̄ꝫ q̄buſdā in monumēto ſe q̄rentibꝫ priꝰ angelos miſit: ⁊ rurſuz de ſe in via loquētibꝫ ip̄e q̄dem/ ſed nō cognoſcendus apparuit. Qui poſt exhortationis moras ſe cognoſcēdū in fractiōe panis mōſtrauit: ad extremū ṽo repēte ingrediēs: nō ſolū ſe cognoſcibilem/ ſed etiaz palpabilē p̄buit. p̄terea eadez ip̄a ṽitas que repēte q̄ꝫ vellet roborare potuiſſet: vt exēplū ſeq̄ntibus daret: ne imꝑfecti p̄dicare p̄ſumerent ip̄o die q̄ celos aſcēdit: poſtq̄z plene diſcip̄los ꝺ ṽtute p̄dicationis inſtruxit/ illico adiūxit. Uos aūt ſedete in ciuitate q̄adusq꞉ īduamini ṽtute ex alto. Lu. xxiiij In ciuitate q̄ppe conſedemus/ ſi intra mētiū nr̄ar̄ nos clauſtra ꝯſtringimꝰ: ne loquēdo exterius euagemur: vt cū virtute diuina ꝑfecte induimur/ tūc q̄ſi a nobiſmetip̄is foras etiā alios inſtruētes exeamus. Qr̄ igiť infirma geſtabāt adhuc corda diſcipuli in cognitōe tāti myſterij fuerāt iſta diſpēſatione nutriēdi: vt pauliſꝑ aliq̄d q̄rētes inuenirēt: inuenietes creſcerēt: ⁊ creſcētes cognita robuſtiꝰ tenerēt. Illa igiť ap̄loꝝ debilitas q̄ in morte dn̄i expauit et negauit: ⁊ negādo aruit/ ꝓ reſurrectionis eiꝰ gl̄iam rurſuz ad fidē viruit: ⁊ p̄dicatiōe eiꝰ ab ap̄lis ꝑ gētes diffuſa: q꞉ iudeoꝝ ꝑfidie deſpecta fuit: q̄m occidi carne potuit/ ex reſurrectione illius mltiplicati lōge lateq꞉ fideles

In homelia ſuꝑ Ma (creuerūt. nifeſtauit ſe Jeſus. Quid ſignificet abſentia redēptoris. Cap. xcvi.

Hec ſunt ṽba q̄ locutus ſum ad vos: cū adhuc eſſem vobiſcum. ybi. ſ. Hoc dn̄s poſt reſurrectiōez ſuā ſuis dicit diſcipulis: ⁊ cū ip̄is poſitꝰ fatetur ſe nō eſſe cū ip̄is. Neq꞉ enim cum ip̄is non erat q̄bus ꝑſens corporaliť apparebat: ſed tn̄ iam ſe cū ip̄ſis eſſe denegabat: a quorū mortali corpore carnis immortalitate diſtabat.

Moraliū lib. xiiij. Qualis debeat eſſe nr̄a reſurrectio. Cap. xcvii.

Palpate ⁊ videte q꞉ ſpūs carnē ⁊ oſſa nō habz. Redēptor noſter

reſurrectionē quã in ſe oſtendit no-
bis ꝑmiſit/ ⁊ eã in nobis etiã quãdo
q̃ȝ eſt facturꝰ/ q̃a ſui capitĩ gloriã mē
bra ſequunť. Sȝ ecce reſurrectionez
audio: effectũ tñ eiuſdē reſurrectio-
nis exquiro. Credo nãq̃ȝ q̃a reſurre
cturus ſuȝ/ ſed volo vt ſciam qualis
Sciendũ q̃ppe mihi eſt/ verũ in quo
dam alio ſubtili fortaſſe vł aerio/ an
in eo quo morior corpore reſurgam
Sȝ ſi ĩ aerio corpe ſurrexero/ iã ego
nõ ero qui reſurgo. Nã quomõ eſt ve
ra reſurrectio: ſi vera eſſe nõ poterit
caro: Apta ġ ratio ſuggerit/ q̃a ſi ve
ra caro nõ fuerit: ꝓculdubio reſurre
ctio vã nõ erit. Hec eñ recte reſur-
rectio dici nõ põt/ vbi nõ reſurgit qꝺ
cecidit. Credēduȝ eſt igiť: q̃a nequa
q̃ȝ ſicut euticiꝰ cõſtãtinopolitane vr
bis epiſcopꝰ ſcripſit: corpꝰ nr̃m in il-
la reſurrectiõis gloria erit impalpa-
bile: vētis aereq̃ȝ ſubtilius. In illa ci
reſurrectionis gl'ia erit corpus nr̃m
ſubtile q̃dē ꝑ effectũ ſp̃ualis potētie
ſed palpabile ꝑ veritatē nature. Vñ
etiã redēptor noſter dubitantibꝫ de
ſua reſurrectione diſcipulis oſtendit
manꝰ ⁊ latꝰ palpãdo oſſa/ carnēq̃ȝ p̄-
buit dicēs. Palpate ⁊ videte/ q̃a ſpi-
ritꝰ carnē ⁊ oſſa nõ habȝ/ ſicut me vi
detĩ habere. Qui cũ eidē euticio in
cõſtantinopolitana vrbe poſitꝰ hoc
euãgelice veritatis teſtimoniũ ꝓtu-
liſſem ait. Idcirco hoc fecit dñs/ vt
dubitationē reſurrectionis ſue ꝺ diſ-
cipuloꝝ cordibꝫ amoueret. Cui in-
quã. Mira eſt res valde quã aſtruis
vt inde nobis dubietas ſurgat/ vnꝺ
diſcipuloꝝ corda a dubietate ſanata
ſunt. Quid eñ deterius dici põt q̃ȝ
vt hoc nobis de eius vera carne du-
biũ fiat/ ꝑ qꝺ diſcipuli eius ad fidem
ab omñi ſunt dubietate reparati. Si
eñ hoc nõ habuiſſe aſtruiť: qꝺ oſtē-
dit: vñ fides diſcipuloꝝ eius confir
mata eſt/ inde noſtra deſtruiť. Qui
adiũgebat etiã dicēs/ Corpꝰ palpa-
bile habuit qꝺ oſtēdit/ ſȝ poſt confir
mata corda palpãtium omñe illud in
dño qꝺ palpari potuit in ſubtilitate
aliqua eſt redactũ. Ad hec ip̃e reſpõ- Rom̃. vj
dit dicēs. Scriptũ ē. Xp̃s reſurgēs
a mortuis iã nõ moriť: mors illi vl-
tra non dñabitur Si q̃d igiť in eius
corpore poſt reſurrectionē potuit ĩ-
mutari/ cõtra veridicaȝ pauli ſn̄iam
poſt reſurrectionē dñs redijt in mor
tē. Qꝺ quis dicere vł ſtultꝰ p̄ſumat/
niſi q̇ verã carnis eius reſurrectionē
denegat: Tunc mihi obiecit dicens. j. Cor. xv
Cũ ſcriptũ ſit. Caro ⁊ ſãguis regnũ
dei poſſidere nõ poſſũt/ q̇ ratiõe cre-
dendũ eſt reſurgere veraciter carnē
Cui inquã. In ſacro eloq̇o aliter ca
ro diciť iuxta naturaȝ/ ⁊ aliter iuxta
culpã vel corruptionem. Caro q̃ppe
iuxta naturã/ ſicut ſcriptũ eſt. Hoc Geñ. ij.
nũc os ex oſſibꝫ meis: ⁊ caro de car-
ne mea. Et vbũ caro factũ eſt: ⁊ habi Iob. j.
tauit in nobis. Caro vo iuxta culpã
ſicut ſcriptuȝ eſt. Nõ ꝑmanebit ſp̃us Geñ. vj.
meꝰ in hoībꝫ iſtis/ eo q꞉ caro ſũt. Et
ſicut pſalmiſta ait. Memoratꝰ ē: q̃a p̄s. lxx vij
caro ſũt/ ſp̃us vadēs ⁊ non rediens.
Vnꝺ ⁊ diſcipulis Paulus dicebat.
Vos ãt in carne ñ eſtis/ ſȝ ĩ ſp̃ũ. Nũ- Ro. viij.
q̇d in carne nõ erãt/ q̇bus ep̄l'as trãſ
mittebat: Sȝ q̃a paſſiones carnaliũ
deſiderioꝝ vicerãt/ iã liberi ꝑ vtutez
ſp̃ũs in carne non erãt. Qꝺ ġ paulꝰ
ap̄l's dicit. Q: caro ⁊ ſãguis regnuȝ j. cor. xv.
dei poſſidere nõ poſſũt/ carnē vult ꝭȝ
culpã intelligi: nõ carnē ꝭm naturaȝ
Vñ ⁊ mox q̃a carnē ꝭȝ culpã diceret

oſtēdit ſubdens. Neqꝫ corruptio in-
Ibidem. corruptelā poſſidebit. In illa igiꝉ ce-
leſtis regni gl'ia caro ſm naturā erit
ſꝫ ſm paſſionis deſideria nō erit. q̄a
deuicto mortis aculeo in eťna incor-
ruptione regnabit. Quibꝫ dictꝭ iſdēꝫ
euticius cōſentire ſe ꝓtinus reſpon-
dit/ſꝫ tñ adhuc corpus palpabile re-
ſurgere poſſe denegabat. Qui etiaꝫ
in libello quē de reſurrectiōe ſcripſe-
rat/pauli q̄qꝫ apoſtoli teſtimoniū in
i. Co. xv. diderat dicētis. Tu qꝺ ſeminas non
viuificaꝉ/niſi priꝰ moriaꝉ/⁊ qꝺ ſemi-
nas nō corpꝰ qꝺ futurū eſt ſeminas/
ſꝫ nudū granū/hoc nimiꝝ oſtēdere
feſtinās: q̄a caro vl' palpabilis vl' ip̄a
nō erit dū ſacťꝰ apl's de reſurrectio-
nis agēs gloria/nō corpꝰ qꝺ futuruꝫ
eſt ſeminari dixerit. Sꝫ ad hec citiꝰ
reſpōdet paulꝰ apoſtolus dicēs/nō
corpꝰ qꝺ futuꝝ eſt ſeminas ſꝫ nudū
granū/hoc inſinuat qꝺ videmus/q̄a
granū cū culmo ⁊ folijs naſciꝉ/qꝺ ſi-
ne culmo ⁊ folijs ſeminaꝉ: Ille itaqꝫ
in augmēto gl'ie reſurrectiōis nō di-
xit grano ſeminis deeſſe qꝺ erat/ſed
adeſſe qꝺ nō erat: iſte aūt dū veꝝ cor
pꝰ reſurgere denegat nequaq̄ꝫ dicit.
adeſſe quod deerat: ſꝫ deeſſe qꝺ erat
Tūc itaqꝫ de hac re in lōga ꝯtentiōe
ꝑducti grauiſſima a nobis cepimus
ſimultate reſilire/cuꝫ pie memorie ty
beriꝰ cōſtātinꝰ imꝑator ſecreto me ⁊
illū ſuſcipiēs/q̄d inter nos diſcordie
verſareꝉ agnouit: ⁊ vtriuſqꝫ partꝭ alle
gationē penſās eūdē librū quē ꝺ re-
ſurrectiōe ſcripſerat ſuis q̄qꝫ allega-
tionibꝫ deſtruēs deliberauit vt flam
mis cremari debuiſſet. A q̄ vt egreſ
ſi ſumꝰ: me egritudo valida/eūdem
vero euticiū egritudo ⁊ mors ꝓtinus
eſt ſecuta. Quo mortuo/q̄a pene nul

lus erat q̄ eiꝰ dicta ſeq̄reꝉ/diſſimula
ui cepta perſequi/ne in fauillas vide
rer verba iaculari. Dū tñ adhuc viue
ret: ⁊ ego validiſſimis febribꝫ egrota
rē/q̄cūqꝫ noti mei ad eū ſalutatiōis
cauſa ꝑgebāt vt ex eoꝝ relatione co-
gnoui ante eoꝝ oculos pellē manꝰ
ſue tenebat dicens. Cōfiteor q̄a oēs
in hac carne reſurgemꝰ. Nō ſicut ip
ſi fatebanꝉ/oīno prius negare cōſue
uerat. Sꝫ nos iſta poſtponētes ⁊ re-
dēptoris noſtri poſt reſurrectionem
corpus palpabile veraciꝉ credētes
fateamur carnē noſtrā poſt reſurre-
ctionē futurā ⁊ eandē ⁊ diuerſā/ean
dē ꝑ naturā/diuerſā ꝑ gloriā/eandē
ꝑ veritatē: diuerſā ꝑ potentiā. Erit
itaqꝫ ſubtilis quia ⁊ incorruptibilis:
erit palpabilis/q̄a nō amittet eſſētiā
nature veracis. Sūt aūt pleriqꝫ qui
poſt reſurrectionē extremū eſſe iudi
ciū verbotenus ſciūt/ſꝫ agēdo ꝑuerſe
teſtanꝉ: q̄a neſciūt. Qui eñ hoc non
formidat vt debꝫ necdū cognouit cū
q̄ꝫto turbine terroris adueniet. Si
eñ pēſare tremēdi pōdus examinis
poſſꝫ/ire diē vtiqꝫ timēdo p̄caueret:
⁊ aīaduerſionis diſtricte ſententiā ꝓ
uſq̄ꝫ appareat placaret. Vitari nāqꝫ
terror iudicis nō niſi āte iudiciū po-
teſt. Nō nō cernitur ſꝫ p̄cibꝫ placaꝉ.
Cū vero in illo tremendo examine ſe-
derit ⁊ videri pōt ⁊ placari non pōt/
q̄a facta prauoꝝ q̄ diu ſuſtinuit taci-
tꝰ/ſimul oīa reddet iratꝰ. Vñ neceſ-
ſe eſt nūc timere iudicē cū necdū iu-
diciū exercet/cū diu ſuſtinet/cuꝫ ad
huc mala tolerat que videt/ne cū ſe-
mel manū in retributionē vitiōis ex
cuſſerit: tāto diſtrictius in iudicio fe
riat q̄ꝫto ante iudiciū diutiꝰ expecta
uit ieſus xp̄s dñs noſter: q̄ cū patre

ꝛ ſpū ſācto viuit ꝛ regnat. Per oia
Explicīūt exce (ſcla ſcloꝝ. Amē.
ptiones de euangelio Luce.

# Incipiūt Excep

tiones de euāgelio ſcōm Joānē. De
ineffabili natiuitate filij dei. Ca. i.

Job. i. In princi
pio erat vbū: ꝛ ver
bū erat apud deū:
ꝛ deus erat verbū/
Hoc erat in princi
pio apud deū. Oia
ꝑ ipm̄ facta ſunt: ꝛ ſine ipo factū eſt
In moralib lib. xxiij. (nihil

Deus pater omnipotēs vnige
nitū cōſubſtātialē ſibi filiū ge
nuit ſicut beato iob heliu ſubtilit lo
Job. xxx. iij. quēs dicit. Semel loqtur deus: ꝛ ſe
cūdo idipz nō repetit. Loqui em̄ dei
eſt/verbū genuiſſe. Semel aūt loqui
eſt vbū aliud pter vnigenitū nō ha
bere. Vn̄ ꝛ apte ſubdit ꝛ ſcdo idipm
nō repetit/qa videlicz hoc ipm vbuz
Job. i. id eſt filiū nō niſi vnicū genuit. Qd
autem Joannes nō ait. In principio
fuit verbū/ſz erat: non videlicet tēp
pteritū ponēs: liquet omibꝫ: qa deo
temp nec pteritū ꝯgruit nec futuꝝ.
Tanto igit in eo qd̄libet temp poni
tur libere: quāto nullū licet vere. Ne
qz enim qd̄libet poterat dici libere/ſi
ſaltē vnum diceret ꝓprie. Inde itaqz
dici in deo tempus audacter qd̄libz
licet/vnde in eo dici ꝓprie nullū licet
Verbū namqz pater ſine tēpore ge
nuit. Et qs digne fari queat illā inef
fabilē natiuitatē/q de eterno natus
eſt coeternus. q exiſtēs ante ſecula
genuit equalē. q gignente natus po
ſterior nō eſt: Que videlicet nos mi
rari poſſum: ſed intueri minime va
lem. Illius vero natiuitatē vim iaz
mirari poſſe: aliquatinus videre eſt.
Sed quomō videmus/qd nequaqꝫ
cōꝑhendim: Eſt aūt quod de car
nis vſu trahere ad ſenſuz ſpūs debe
mus. Nā ſi qs in tn̄bris clauſis ocu
lis iaceat ꝛ ante eū ſubitū lucerne lu
men erūpat/clauſi eius oculi iſto ad
uentu luminis feriunt vt pateſcant.
Cur ergo turbati ſunt/ſi nihil clauſi
viderūt: Nec tn̄ ꝑfectū aliqd fuit qd
videre clauſi potuerūt. Nā ſi ꝑfecte
totū vidiſſēt: cur apti qrerent qd vi
derēt: Sic itaqz: ſic ſum cū de incō
prehenſibili natiuitate intueri aliqd
conamur. Eo ipo em̄ q ammiratio
nis fulgore ꝑcutit anim: ꝛ quaſi vi
det qd videre nō valet/velut in tene
bris poſit vim lucis oculis clauſis
vidit: diuine qppe nature ſecreta ad
miratio nō facile occupatē ꝑ terrena
deſideria mētibꝫ innoteſcit.

Moralium Libro. xxij.

Sollerter aūt intuēdū eſt q qdā
ſimilitudines de inſenſatē rebꝫ aliqn̄
dicant in deo ꝓpter effectū opis/ali
qn̄ aūt ad indicandā eius ſubſtātiaz
maieſtatis. Nam cū in deo/oculus/
ſcapule: pes: ꝛ ale nominant/effectus
quidem operationis oſtenditur. Cū
vero manus/brachium/dextera: vox
vel verbuz in deo dicitur/per hec vo
cabula conſubſtantialis ei filius de
monſtratur. Ipſe quippe manus eſt
ꝛ dextera/de cuius aſcēſione ꝑ moy
ſen pater loquitur dicēs. Tollā in ce iij. re. viij
lū manuz meā/ꝛ iurabo ꝑ dexteram
meā. Ipſe brachiū d q ꝓpheta ait. Et Job. xij.
brachiū dn̄i cui reuelatum eſt. Ipſe
vox ꝛ vbū/qa cū par gignēdo dixit/
ꝛ d quo Joannes ſcripſit. In princi Jo. i.

pio erat verbũ ⁊ verbũ erat apd̃ deũ
⁊ deꝰ erat ỽbũ. Per quod verbũ fe-
ciſſe patrem om̃ia / Dauid aſſerit di-
Pſ. cxlviij cẽs. Dixit ⁊ facta ſunt.

In Ezechielis homelia p̃ma. De
prophetia. Capitulum. ij.

Aliquãdo ꝓphetie ſpũs ex p̃ſen-
ti ꝓphetãtis animũ tãgit / ⁊ ex fu
turo nõ tãgit: ſicut Ioãnes baptiſta
Ioan. j. venientẽ vidẽs dñm ait. Ecce agnꝰ
dei / ecce q̃ tollit pctã mũdi. Sed cũ
iam moriturꝰ eſſ; miſſis diſcipul' re-
Matth. quirebat dicẽs. Tu es q̃ venturꝰ es /
xj. ⁊ Luc. an aliũ expectamꝰ? In q̃bꝰ ỽbis oſtẽ
vij. ditur: q: in terras q̃dez veniſſe redẽ-
ptorẽ nouerat: ſed an ꝑ ſemetip̃m ad
aperiẽda inferni clauſtra deſcẽderet
dubitabat. Ex preſenti ꝗ̃ ꝓphetie ſpũ
tactꝰ fuerat: q̃ humanitatẽ mediato
ris vidẽs / ⁊ diuinitatẽ eiꝰ intelligẽs
ꝯfitebaꝛ agnũ qui peccata mũdi tol-
leret: ſed tactꝰ ex futuro non fuerat q̃
aduentum illiꝰ in infernũ neſciebat.

De donis ſpiritusſancti. Mora-
lium libro. ij. Capitulum. iij.

Dona ſancti ſpũs ꝓphetie ſcz ge
nera linguaꝝ: ỽtutes curatio-
nũ: non ſꝑ eodẽ mõ ſunt in mẽte coꝝ
quibꝰ danꝛ: q̄m ne ſe mens in p̃ſum-
ptiõe eleuet / vtiliꝛ aliq̃n ſubtrahunꝛ.
Vñ bñ in euãgelio ſcriptũ eſt. Sup
Ioan. j. quẽ videris ſpm̃ deſcendentẽ ⁊ ma-
nentem ſuꝑ eũ: hic eſt q̃ baptizat. In
cũctis nãq; fidelibꝰ ſpũs venit: ſed in
ſolo mediatore ſingulariꝛ ꝑmanet: q:
eius hũanitatẽ nunq̃ deſeruit ex cu-
ius diuinitate ꝓcedit. In illo igiꝛ ma
net / qui ſolus ⁊ om̃ia ⁊ ſemꝑ pt. Naz
fideles qui hũc accipiũt / cũ ſignoruz
dona habere ſemꝑ vt volũt non pñt:
hunc ſe accepiſſe q̃ſi in trãſitꝰ oſten-
ſione teſtanꝛ. Sed cũ rurſum de eo-
dem ſpũ veritatis ore diſcipulis dr̃.
Apd̃ vos manebit ⁊ in vobis erit / q̃d
eſt ꝙ diuina voce mediatoris ſignũ
hec eadẽ ſancti ſpũs mãſio declaraꝛ.
cum dr̃. Super quẽ videris ſpm̃ ſan Ioan. j.
ctũ deſcendentẽ ⁊ manentẽ ſuꝑ eũ?
Si igiꝛ iuxta magiſtri vocẽ ⁊ in di-
ſcipulis manet / q̃uo ſingulare iam ſi-
gnum erit q̃d in mediatore ꝑmanet?
Qd̃ tñ citius cognoſcimus / ſi dona
eiuſdẽ ſpũs diſcernamꝰ. Alia nanq;
ſunt dona illiꝰ ſine q̃bꝰ ad vitã nequa
q̃; pertingiꝛ / alia q̃bꝰ vite ſanctitas ꝓ
alioꝝ vtilitate declaraꝛ. Manſuetu
do nãq; / hũilitas / patiẽtia / fides / ſpes
charitas: dona eiꝰ ſunt / ſed ea ſine q̃-
bus ad vitã hoĩes ꝑuenire nequaq̃;
poſſũt. Prophetie aũt virtus cura-
tio / genera linguarũ / interp̃tatio ſer-
monũ: dona eiꝰ ſunt: ſed q̃ ỽtutis eiꝰ
p̃ſentiã pro correctiõe intuẽtiũ oſten
dũt. In his igiꝛ donis ſine q̃bꝰ ad vi
tam ꝑueniri nõ põt / ſpũſſctũs ſiue in
p̃dicatoribꝰ ſuis ſeu in electis oĩbus
ſemꝑ manet: in illis autẽ q̃bꝰ ꝑ oſten-
ſionẽ illius nõ noſtra vita ſeruaꝛ / ſed
alioꝝ queriꝛ: nequaq̃; in p̃dicatoribꝰ
ſemꝑ manet: q̃a ſemꝑ q̃dem eorum
cordi ad bene viuendũ p̃ſidet: nec tñ
per eos ỽtutũ ſigna ſemꝑ oſtẽdit / ſed
aliq̃n ſe eis a ſignoꝝ oſtẽſionibꝰ ſub-
trahit: vt eo humiliꝰ virtutes eiꝰ ha-
beanꝛ: quo habite teneri nõ poſſunt.
Mediator aũt dei ⁊ hoĩm hõ chriſtꝰ
Jeſus in cũctis eũ ⁊ ſꝑ ⁊ ꝯtinue hab;
p̃ſentem: q: ex illo idẽ ſpũs ꝑ ſubſtan
tiam ꝓferꝛ. Recte ergo ⁊ cũ in ſanctꝭ
p̃dicatoribꝰ maneat / in mediatore ſin
gulariter manere ꝓhibeꝛ: q: in iſtis
per grãm manet ad aliq̃d / in illo aũt
per ſubſtãtiã manet ad cũcta. Sicut
enim corpꝰ nr̃m ſenſuz tñmodo ta-

etus agnoſcit: caput aūt corpis vſuꝫ
ſimlr oīm qnqꝫ ſenſuū poſſidet: vt vi
deat/audiat/guſtet/odoret. tāgat: ita
mēbra ſupni capitis in qbuſdā vir-
tutib9 emicāt: ipm vo caput in cun-
ctis virtutib9 flagrāt. Diſſimiliter ḡ
ſpūs in illo manet/a q̄ per naturam
nunqꝫ recedit. Dona vo ei9 quib9 ad
vitā tendit ſine piculo amitti nō poſ
ſunt: dona aūt qb9 vite ſanctitas de-
monſtrat/plerūqꝫ (vt dictuꝫ eſt) ſine
diſpēdio ſubtrahunt. Illa ergo ꝓ no
ſtra eruditiōe tenēda ſūt/ hec ꝓ alie-
nis pfectib9 exqrēda. In illis nos ter-
reat formido ne pereāt/ in iſtis autē
ad tps aliqn̄ ſublatis ꝯſoletur humi-
litas: qꝛ ad elationem mentē fortaſſe
ſubleuabant. Cū igitur ꝯceſſa nobis
virtutū ſigna ſubtrahunt: tunc vere
oſtēdim9 qm̄ accepta recte tenuim9:
cum pfecto equanimiter ad momen
tum ſublata toleramus.

Moralium lib. xxxiij. z. xviij. De
electione p̄dicatoꝝ. Cap. iiij.

Joan. j. Uidit Jeſus Nathanaelem ve-
nientē ad ſe z dr̄ de eo. Ecce ve
iſraelita/in q̄ dolus nō eſt. Unigeni-
tus dei fili9 ad redēptionē noſtram
veniēs/z ſuos ꝯtra mundi ſupbiam
p̄dicatores mittēs relictis ſapiētib9
inſipiētes/ relictis fortib9 debiles/re-
lictis diuitib9 paupes elegit: z p̄dica
tores infirmos abiectoſqꝫ q̄ potētes
quoſqꝫ z fideles populos colligerent
hic ſtuduit. Hinc ē q Nathanaelez
laudat/nec tn̄ in ſorte p̄dicātium nu-
merat: qꝛ ad p̄dicandū eū tales veni-
re debuerāt qui d̄ laude ꝓpria nil ha-
bebāt: vt tāto ſolius veritatꝫ cogno-
ſceret eſſe qd agerēt/ q̄nto z apte cer
nerent: qꝛ ad h̄ agendū p ſe idonei nō
fuiſſent. vt ḡ mira potētia p p̄dicato
rū liguas clareſceret: ꝑus mirabili9
actū eſt vt corūdē p̄dicātiū meritum Joan. j.
nullū eēt. Q, āt Nathanaeli dicēti
vnde me noſti: rn̄dit Jeſus. Priuſqꝫ
te Philippus vocaret cū eſſes ſub fi
cu vidi te. ſciēdū q videre ibi poni-
tur p eligere. Sub ficu vidi te. i. po-
ſitum te ſub vmbra legis elegi.

Moraliū lib. xxxiij. z. xviij. De my
ſterijs ſcripturaꝝ. Cap. v.

Implete hydrias aq̄. Precepta Joan. ij.
ſacre ſcripture q̄ pfectiorib9 ſpe
cialr dicūt. Infirmis iuxta lr̄am cō-
gruūt: z ipa q̄ paruuli iuxta lr̄am in-
telligūt/ docti p ſpiritalē intelligētiā
alti9 pcipiūt. Quē nō paruuloꝝ ipa
euangelica hiſtoria in miraculi opa-
tiōe reficiat: q hydrias vacuas dn̄s
aq̄ impleri p̄cepit: eandēqꝫ aquā ꝓti-
nus in vinū vertit: Sed cū hec inge
nio vigilātiores audiūt/z ſacrā hyſto
riā credēdo venerant/z q̄d intus in-
nuat reqrūt. Qui em̄ mutare aquaꝫ
in vinū potuit/ etiā vacuas hydrias
vino ſtati replere valuit. Sꝫ impleri
hydrias iubet aq̄: qꝛ p ſacrā lectionis
hyſtoriaꝫ corda nr̄a ꝑus ſr̄ replenda.
Et aquā nobis in vinū vertit qn̄ ipa
hyſtoria p allegorie myſteriū in ſpiri
talem nobis intelligētiam cōmutat.
Sacra igit ſcptura paruulis humi-
li ſmone cōcordat: z tn̄ magnis ſpiri
talia infundēs eos alte leuat.

De non baptizatis. Moralium li
bro. iiij. z. viij. Capitulum. vj.

Niſi qs renat9 fuerit ex aqua et Joan. iij.
ſpū ſancto. Nonulli ꝑus ā pſen
ti luce ſubtrahūtur/qꝫ ad pmerenda
bona malaue merita vite actiue pue
niant. Quos qa a culpa originis ſa-
cramēta ſalutis nō liberāt: z hic ex p-
prio nil egerūt/z ad tormenta eterna

ꝑuenitũt. Quiſquis em̃ regeneratio-
nis vnda nõ ſoluit᷑/reatu p̃mi vincu-
li ligat⁹ tenet᷑. Qđ vo apud nos va-
let aqua baptiſmatis/ h̄ egit apud ve-
teres vel ꝓ paruulis ſola fides/ vel ꝓ
maioribꝫ virt⁹ ſacrificij: vel ꝓ his qui
ex Abrae ſtirpe ꝓdierant myſterium
circũciſionis. Naꝫ q̄a vnuſquiſq3 cũ
primi parẽtis culpa cõcipit᷑/ ꝓpheta
pš. l. teſtat᷑ dicens. Ecce em̃ in iniq̄tatib⁹
ↄceptus ſuꝫ. Et q̄a is quẽ ſalutꝫ vn-
da non diluit originalis culpe ſuppli-
cia nõ amittit: aperte per ſemetipaꝫ
Joan. iij. veritas ꝑhibet dicẽs. Niſi quis rena
tus fuerit ex aqua ⁊ ſpũ ſancto/ non
habet vitã eternã. Perpetua igit᷑ tor
menta ꝑcipiunt/ ⁊ qui nihil ex ꝓpria
Job. xxv volũtate peccauerũt. nõ eſt em̃ mun
dus in ↄſpectu dei/ nec vnius diei in-
fans ſuper terrã. ⁊ qui nullũ ꝓprium
adiungũt/ ex ſolo originali pctõ dam
nant᷑. Sub diuia quippe diſtrictiõe
iuſtũ eſt vt ꝓpago mortalis velut in-
fructuoſa arbor ⁊ i ramis fuet ama-
ritudinẽ quã traxit ex radice.

Moraliuꝫ libro. xxvij. De incom-
prehẽſibili ſancti ſpiritus infuſione.
Capitulum. vij.

Joan. iij. Spiritus vbi vult ſpirat. Cum
peccatorẽ incuria negligẽtiaq3
torpentẽ reſpect⁹ diuine gratie ſubi-
to pauore ꝑcutiens excitat/ ipam vo-
cem ſupuenĩẽtis ſpũs que ſe in aurẽ
cordis inſinuat: nec ipa mens que ꝑ
hãc illuſtrata fuerit inueſtigat. Pen
ſare em̃ non valet inuiſibilis virt⁹ q̄-
bus ſibi meatibꝫ influat/ quibꝫ ad ſe
modis veniat: quibꝫ recedat. Un̄ hĩ
Ubi. s. per Joannẽ dicit᷑. Spirit⁹ vbi vult
ſpirat: ⁊ vocẽ eius audis/ ſed nõ ſcis
vnde veniat/ ⁊ quo vadat. Uox dñi
audit᷑/ cũ gratie eius aſpiratio mente
cõcipit᷑. cũ inſenſibilitas occulte ſur-
ditatis rumpit᷑: ⁊ cor ad ſtudiũ ſũmi
amoris excitatũ virtutis intime cla-
more penetrat᷑. Uocẽ em̃ ſpũs audi-
re/ eſt vi cõpunctiõis intime in amo-
rem inuiſibilis conditoris aſſurgere.
Sed nemo ſcit vnde veniat: q2 igno
ratur ꝑ ora p̄dicãtiũ quibꝫ ſe ad nos
occaſionibꝫ fũdat. Et nemo ſcit quo
vadat: q̄a cum vnã p̄dicationẽ mul-
ti audiũt: intelligi ꝓculdubio nõ pt:
quẽ deſerens abijciat/ ⁊ cuius ingre-
diens in corde reſ̄eſcat. Una quippe
res foris agit᷑: ſed nõ ꝑ hanc vno mo
do intuẽtiũ corda penetrant᷑. quia q̄
inuiſibilit᷑ viſibilia modificat/ in hu-
manis cordibꝫ cauſaꝝ ſemina incõ-
prehẽſibilia plãtat. Hinc eſt ꝙ reſuſ-
citato Lazaro multi crediderũt: ſed
tamẽ iudeoꝝ plurimi ad ꝑſecutiõis
zelũ ex hac ipa reſuſcitatiõe ↄmoti ſũt
Unũ igitur idẽq3 miraculũ qđ alijs
lumen fidei p̄buit/ alios ꝑ inuidie te-
nebras a lumine mentis excecauit.
Hinc eſt ꝙ vterq3 latro ⁊ eandem et
ſuis moribꝫ ſil᷑iter mortẽ redẽptoris
vidit/ ſed eã ſuꝑbiendo alter ↄtume-
lijs laceſſere nõ timuit: quã timendo
alter honorauit. ⁊ in vna re vna vtri-
uſq3 cogitatio nõ fuit: q2 hanc inter-
nus arbiter inuiſibilit᷑ modificando
diſtinxit. Modi igit᷑ occulte aſpira-
tionis noſtra cogitatiõe nequeũt cõ
prehẽdi: ⁊ aſpiratio diuine gratie q̄-
bus modis ſe infundat/ neq̄q̄ ipſi⁹
acie mẽtis comprehendit᷑/ cuius ad
melius intẽtio cõmutatur.

Moraliũ libro. xxvij. De glorifi-
catione corporis xp̄i Caplm. viij.

Nemo aſcẽdit in celuꝫ niſi q̄ de- Joan. iij.
ſcendit de celo. Dñs noſter Je-
ſus chriſt⁹ qui ꝓpt᷑ nos minor ange-

lis extitit. eq̄les nos angelis virtute
ſue minoratiōis fecit. Vñ ⁊ morien-
do docuit mortē nō metui: reſurgen
do de vita cōfidi: aſcēdendo de cele-
ſtis patrie hereditate gloriari: vt q̄
caput preiſſe ꝯſpiciunt/ illuc ſe ſubſe-
Matth. qui ⁊ mēbra gratulent̄. Vñ bene ab
xxiiij. Et eodē noſtro capite dicit̄. Vbicunq;
Lu. xvij. fuerit corp⁹/ illuc ꝯgregabunt̄ ⁊ aqui
ij. Cor. v. le. Vñ Paulus dt. Scim⁹ eñ qm̄ ſi
terreſtris dom⁹ noſtra hui⁹ habita-
tionis diſſoluat̄: ꝙ edificationem ex
deo habem⁹ domū nō manu factam
eternā in celis. Sed ſi nos quoq; q̄
editi ſum⁹ in terra celū cōſcendim⁹:
vbi eſt ꝙ rurſum veritas dicit. Nemo
aſcendit in celū/ niſi qui de celo deſcē
dit filius hominis q̄ eſt in celo. Cui mi
Joā. xvij. mirū ſententie ſtatim obuiat: qđ hec
eadē veritas dt. Pat̄ volo vt vbi ego
ſum/ ⁊ illi ſint mecū. Que ſibi in ver-
bis ſuis nō diſcrepat: ſed ad inquiren-
da hec quaſi diſcordantia ſtudiū nr̄e
mētis inflāmat. Omnes eñ nos qa
in eius fide nati ſum⁹/ eius ꝓculdu-
bio corp⁹ exiſtimus. Quia igit̄ mira
diſpēſatione pietatis mēbrorū ſuorū
caput dñs fact⁹ eſt repulſa reprobo-
rum multitudīe ſol⁹ eſt etiā nobiſcū.
Nemo ego aſcēdit in celū/ niſi qui de
celo deſcēdit fili⁹ hominis q̄ eſt in celo
quia dū nos vnū cū illo iam facti ſu
mus vnde ſol⁹ venit ipſe/ illuc ſol⁹ re-
dit etiā in nobis. Et is qui in celo ſp
eſt/ ad celū quotidie aſcendit. quia q̄
diuinitate ſup oīa ꝑmanet/ huma
nitatis ſue cōpage ſeſe quotidie ad ce-
los trahit. Nō ergo ſe deſperet huma
na fragilitas/ vnigeniti ſanguinē cō
ſideret: ⁊ in ꝓcio ſuo conſpicit q̄ꝫ ma-
gna eſt que tāti valet. Perpēdat ſol-
licite quo caput ꝓceſſit/ ⁊ que ad vi-
uendū ꝓceptis aſtringit̄/ ad ſperādū
exēplo roboret̄. Cōfidat celos/ ſperet
ſupnā patriā/ angelorū ſe ſociā ſciat:
et in ſuo capite ſe platam etiā ange-
lis gaudeat.

Moralium libro. xxij. De chriſto
iudice noſtro. Capitulum. ix.

Pater nō iudicat queꝗ̄: ſꝫ omne Joā. v.
iudiciū dedit filio. Sicut adhuc
timēti ꝑplo lex eſt trāſmiſſa p ſeruum:
ſic diligētib⁹ filijs euāgelij gr̄a ē col-
lata p dñm. Ipſe q̄ppe ad redēptionē
noſtrā veniēs/ nouū nobis teſtamē-
tū ꝯdidit: ſed de eiuſdē nos teſtamē-
ti mādato diſcutiēs/ qñq; etiā iudex
venit. erit ḡ tūc auctor iudicij/ q̄ nūc
eſt ꝯditor euāgelij: vt tūc diſtrict⁹ exi
gat/ qđ mō māſuet⁹ iubet ⁊ imperat.
Sic nāq; q̄tidie ꝯſpicimus qđ mgr̄i
puerij elemēta litterarū blādiētes im-
ponūt: ſed hec ab eis ſeuiētes exigūt.
⁊ q̄ dant cū māſuetudine/ exq̄rūt cū
verbere. Blande nāq; nūc cōſonant
eloquij diuini mādata: ſꝫ erūt aſꝑa in
exactiōe ſentiēda. māſueta mō eſt ad-
monitio vocātis: ſꝫ tūc diſtricta ven
tura eſt iuſticia iudicis. Eoq; certuꝫ
eſt: q: nil vel minimi mādati in diſcuſ
ſione ꝓtereat. quo videlicꝫ ꝯſtat: quia Vbi. ſ.
ipſe dedit euangeliū q̄ iudicat. Hinc
eſt ꝙ ipſa p ſe veritas dt: Pat̄ non iudi
cat queꝗ̄/ ſꝫ oē iudiciū dedit filio.

In homelia ſup euāgeliū. Anno
xv. De Joāne baptiſta. Cap. x.

Beati baptiſte Joānis eſſe ſpon Joan. iij.
ſam populi ſanctā eccl'iam cre-
debant: qui hunc qa chriſt⁹ eſſet eſti-
mabāt. Sed ipſe ait. Qui habꝫ ſpon
ſam ſponſus eſt. Amic⁹ autē ſponſi
qui ſtat ⁊ audit eū/ gaudio gaudet ꝓ-
pter vocē ſponſi. H aūt gaudiū meū
impletuꝫ eſt. ac ſi diceret. Ego ſpon-

ſus nõ ſum/ſed amicꝰ ſpõſi ſuꝫ. Nec
ꝓpter vocẽ ſuã/ſed in ſpõſi voce gau
dere ſe ꝓhibebat/q̃a nõ ideo letabat̃
in corde q̃m humiliter a populis au
diebat̃ loq̃uẽs/ſꝫ q̃a ipſe veritatis vo
cẽ audiebat intus vt loqueret̃ foris.
Nõ bene gaudiũ impletuꝫ dicit/q̃a
q̃ſquis d̃ ſua voce gaudet/plenũ gau
diũ nõ habꝫ. A quo ꝛ ſubdit̃. Illum
Ibidem. oꝑtet creſcere/me autẽ minui. Qua
in re querendũ eſt in quo xp̃s creuit
in quo minutꝰ eſt ioãnes/niſi ꝙ po-
pulꝰ ioãnis abſtinentiã vidẽs remo-
tũ hũc ab hoib⁹ eſſe cõſpiciẽs eũ eſſe
xp̃m putabat. xp̃m vero cũ publica
nis comedẽteꝫ inter pctõres ambu-
lantẽ intuẽs/eũ non chriſtũ ſꝫ ꝓphe
tã eſſe credebãt. Sꝫ cũ ꝓcceſſũ tem
poris ꝛ xp̃s q̃ ꝓpheta eſſe putabatur
chriſtus agnitus eſt/ꝛ ioannes qui
chriſtꝰ eſſe credebat̃ ꝓphetã eſſe inno
tuit/impletuꝫ eſt qḋ de xp̃o ſuus pre
curſor p̃dixit illũ oportꝫ creſcere me
aũt minui. In eſtimatione q̃ppe po-
puli ꝛ chriſtus creuit/q̃a agnitꝰ eſt
quod erat/ꝛ ioannes decreuit/q̃a ceſ
ſtatē clare locutiōis: ſʒ bone fiduciaʒ inſinuauit actionis. Neceſſe ē ꝙ vt is q̄ p̄eſt q̄ exēpla ſubditʒ p̄beat ſollert̄ attēdat: ⁊ tātʒ ſe ſciat viuere / q̄ītʒ p̄eſ ſe. ac vigilāter inſpiciat ne in eo q̄d p̄/lat⁹ eſt intumeſcat / ne iura debite po teſtatʒ immoderatius exigat / ne ius diſcipline mutet̄ in rigorē ſupbie / vt vn̄ a p̄uerſitate ſubditos reſtringer̄ poterat inde magis intuētiuʒ corda p̄uertat: ne dux impietatʒ ꝑ officiuʒ pietatʒ exiſtat. Dux ē em̄ impi⁹ q̄ ꝑ tumorē a tramite v̄itatʒ exorbitat. ⁊ duʒ ip̄e in p̄ceps ruit ad abrupta ſe/quētes iuitat: q̄ ꝑ exēpla tumoris ſe ſequētib⁹ viā oñdit erroris.

¶ Ex ad nutū dei p̄dicatio doctoꝝ diſpēſet̄. Moza. Li. xxvij. Ca. iij. — j. Theſ. ij.

Voluim⁹ venire ad vos: ſed impediuit nos ſathanas. Sepe p̄dicatores ſācti q̄ſdā exhortari volūt: ſʒ neq̄unt. ſepe declinare q̄ſdaʒ appe/tūt / ſʒ tn̄ interne inſtigationis impulſu exhortari eos inſtantiſſime cōpellunt̄. Certe cū veſtimēta ſua Paul⁹ excutiēs a corinthijs diſcedere vellʒ — Act. xviij. audiuit. Noli timere: ſʒ loq̄re ⁊ ne taceas, ꝓpt̄ quod ⁊ ego tecū ſuʒ ⁊ nemo opponet̄ tibi vt noceat te: q̄m̄ mult⁹ eſt mihi popul⁹ in hac ciuitate. Rurſus cū ad theſſalonicēſes ire voluiſ/ſet / refert⁹ eſt dicēs. Voluim⁹ venire ad vos. ego q̄dē Paul⁹ ⁊ ſemel ⁊ iterū / ſʒ impediuit me ſathanas. Neqʒ em̄ ꝑ ſemetip̄m ſathan p̄pedire vias tāti apoſtoli potuit / ſʒ occulte diſpē/ſatiōis viſib⁹ duʒ aduerſabat̄ neſciēs deſeruiebat vt nimiruʒ paul⁹ dū ad alios vellet accedere nec valeret eis a q̄bus nō poterat recedere alti⁹ prodeſſet. Sic ꝙ p̄dicatores ſācti gubernantʒ manu dei ad ea q̄ nō appetunt ducunt̄: atqʒ ab impulſu ſuo iterum gubernātʒ manu detinēt̄: diuiniſqʒ nutibus ſubditi neq̄unt explere q̄d volūt. ⁊ niſi q̄ voluntas gubernātis eos duxerit / ire nequaq̄ꝫ poſſunt.

¶ Ex gloria ſacerdotū ſit rectitudo ſubditoꝝ. Moraliū Lib. xj. Ca. iiij. — j. Theſ. ij.

Que eſt em̄ ſpes noſtra aut gaudiuʒ: ac corona glorie? Nonne vos ante dn̄m? Sicut hic egregius p̄dicator diſcipulis dicit. Magna eſt gloria ſacerdotū / rectitudo ſubditoꝝ. Sʒ cum ſacerdotes diſcipuloꝝ vitaʒ negligunt / ⁊ nullum de profe/ctib⁹ eoꝝ fructū ante dn̄m ferūt q̄d aliud q̄ꝫ inglorij dici poſſunt? Quia ante diſtrictū iudicē nimirū gloriaʒ tunc nō inueniūt quā modo in ſub/ditoruʒ ſuoꝝ moribus p̄dicationis ſtudio non requirunt.

¶ Ex ad hoc venim⁹ in munduʒ: vt erūnas eius ferre debeam⁹. Mora/lium libro. iij. ⁊ xiij. Capitulum. v.

Nemo moueat̄ in tribulationi/bus iſtis / ip̄i em̄ ſcitʒ q̄ in hoc — j. Theſſa. iij. poſiti ſumus. Fideles ſancte eccleſie hoſtis antiquus ſemper ſuis actib⁹ impetit eoſqʒ ſuis perſecutionibus affligit. Unde paulus p̄dicator egregius cum perſecutionum mala tole/raret / ⁊ ſub perſecutionibus aduer/ſariorum gemeret / quia paſſionem ſuam non ſibi: ſed diſcipulis obeſſe formidabat / teneram eorum mentē de ſuis afflictionibus cōſolās / ⁊ eis ſcribēs dicebat. Nemo moueatur in tribulatiōibus iſtis / ip̄i em̄ ſcitʒ q̄ in hoc poſiti ſum⁹. Ac ſi eis apte dicat. Nequaq̄ꝫ in hoc tēpore vulnera nr̄a miremini / q̄m̄ ſi eterna gaudia quærim⁹ huc ad hoc venim⁹ vt feriamur Si ad bona eterna tēdim⁹ / nō mirū

ſi tꝑalia mala ſufferam⁹. Hec aūt bo
na ſollicite inſpexerat/ qn̄ illata eq̄ni⸗
mit̄ mala tolerabat dicēs. Nō ſūt cō⸗
digne paſſiōes hui⁹ tꝑis ad ſupuen⸗
turā gl'iaꝫ/ q̄ reuelabit̄ in nobis. Ali⸗
orum ꝗ̄ caſus in ꝓp̄ria paſſione me⸗
tuebat: nedū ipꝫ diſcipuli ꝓ fide ver⸗
beribꝫ afflictuꝫ agnoſcerēt/ fideles ſe
ꝯfiteri recuſarēt. O immēſe charita⸗
tis viſcera. deſpicit qḋ ipe patit̄: ⁊ cu
rat ne q̄d praue ꝑſuaſiōis diſcipl'i in
corde patiant̄. In ſe cōtēnit vulnera
corꝑis/ ⁊ in aliꝗs vulnera medet̄ cor⸗
dis. Quaſi ꝑcuſſus quidā magnus
medic⁹ egrotat: ipe tolerat ſciſſuras
vulneris/ ⁊ aliꝗs ꝓfert medicamēta ſa
nitatis. Habēt q̄ppe h̄ iuſti ꝓp̄riū: vt
in dolore poſiti tribulatiōis ſue curā
nō deſerāt charitatis aliene. Sic ſci⸗
unt foris aduerſa tolerare: vt intus
etiam nouerint aduerſa corrigere.

¶ De ſignificatiōe ſomni in ſcp̄tura
ſacra. Moraliū lib. v. ⁊. xij. Ca. vi.

NOlumus vos ignorare frēs de
j. Theſſa. iiij. dormiētibꝫ. In ſcp̄tura ſacra ꝑ
ſomnū aliq̄n negligētie torpor expri⸗
mit̄: ſicut a btō Paulo dr̄. Hora eſt
iam nos de ſomno ſurgere. ⁊ rurſus.
Euigilate iuſti ⁊ nolite peccare. Ali⸗
q̄n noīe ſōni vl' dormitiōis mors car
nis deſignat̄: ſicut idē Paul⁹ admo⸗
nēs dt̄. Nolum⁹ vos ignorare frēs d̄
dormiētibꝫ: vt nō ꝯtriſtemini ſicut et
ceteri q̄ ſpem nō hn̄t. Si eī credim⁹
ꝙ Jeſus mortu⁹ eſt ⁊ reſurrexit: ita
⁊ de⁹ eos q̄ dormierūt ꝑ ihm̄ addu⸗
cet cum eo. De morte q̄ppe carnis lo
quēs nō hāc mortē ſꝫ ſomnū vocare
maluit ⁊ dormitionē. vehemēter eī̄
ab infirmis mētibꝫ nomē mortis ꝑ⸗
timeſcit̄: ſomni vͦ vocabulū non ti
met̄. Quid eſt aūt ꝙ ꝑdicator egre⸗
gius mortē dn̄i mortē vocat: mortē
ſeruoꝝ dn̄i nō mortē ſꝫ ſomnū noīat
niſi q̄a infirma corda audiētiū reſpi
ciens medicamētū p̄dicatōis ſue mi
ra arte cōponit: ⁊ illū quē iam reſur⸗
rexiſſe nouerāt: eis mortuū inſinuare
nō dubitat. eos vͦ q̄ nedū reſurre⸗
xerant vt ſpem reſurrectōis inſinuet
nō mortuos ſꝫ dormiētes vocat. Nō
eī̄ verebat̄ dicere mortuū quem au
ditores iā reſurrexiſſe cogñuerāt ⁊ ve⸗
rebat̄ dicere mortuos q̄s reſurgere
vix credebāt. Qr̄ vͦ carne mortuos
ad vitā rurſus euigilare nō dubitat
eos dormiētes poti⁹ q̄ꝫ mortuos ap⸗
pellat ſpem ꝓculdubio reſurrectiōis
inſinuās. q2 ſicut citi⁹ hō a ſōno eui⸗
gilat/ ita cōcite ad cōditoris nutuꝫ a
morte corporis ſurgat.

¶ De metu repētine mortꝭ. Mora⸗
liū lib. vij. ⁊. xxv. Capitulū. vij.

DIes dn̄i ſic fur in nocte: ita ve⸗
niet. Reprobi dū diu ſe viſibili⸗ j. Theſſ. v. ⁊. ij. petri. iij.
bꝫ imorari credunt/ ſpem inuiſibiliū
derelinquūt. cūq2 mēs in p̄ſentibꝫ fi⸗
git̄/ vita terminat̄. Et repēte ad impro
uiſa ſupplicia ꝑueniūt/ q̄ decepti ſuis
p̄ſūptiōibꝫ/ aut nūq̄ꝫ ſe ꝯtingere/ aut
tarde crediderīt. Hic paul⁹ ait. Dies
dn̄i ſicut fur i nocte ita veniet. q2 eī̄
ad rapiēdā aiaꝫ ꝓpinquās minime cō⸗
ſpicit̄/ furi in nocte ꝯparat̄. Vn̄ hiꝭ di
ſcipulis futura cogitātibꝫ idē Pau
lus dt̄. Vos aūt frēs nō eſtꝭ in tene⸗ j. Theſ. v.
bris: vt vos dies illa tāq̄ꝫ fur ꝯprehē
dat. Dies eī̄ exit⁹ tāq̄ꝫ fur in nocte
cōprehēdit/ q̄n ſtultoꝝ aīas futura
nō ꝓuidētes eijcit. Tāto igit̄ debꝫ ab
omibꝫ q̄ſi ſemꝑ veniēs metui: q̄nto
nō valet a nobis vētura p̄ſciri.

In homelia ſuper Simile eſt regnū
celoꝝ decem virginibus.

Uel etiā per diem dñi dies iudicij
poteſt intelligi: qui ſic ſurripit vt p̄ui
deri nō valeat quando venit.

Explicūt exceptiones de Epl'a
ad Theſſalonicenſes.j.

# Incipiunt exceptiōes ex opuſculis bti Gregorij pape. De epl'a ad Theſſalonicenſes.ij.

Quō debeāt ꝯmoneri puſillanimes
In paſtorali.caplo.xxxij. Cap.j.

PLerumqꝫ
puſillanimes aptius
aditer bñ agēdi redu
cim⁹ ſi eorū bñ geſta
memoram⁹: ⁊ ſi q̄ ab eis inordinate
geſta ſūt/nō iam tāq̄ ꝑpetrata corri-
pim⁹/ſed q̄ſi adhuc ne ꝑpetrari debe-
ant ꝓhibem⁹: vt ⁊ illa q̄ approbam⁹
illat⁹ fauor augeat/ ⁊ ꝯtra ea q̄ repre
hendim⁹ magis apud puſillanimes
exhortatio verecūda ꝯualeſcat. Uñ
Paul⁹ cū theſſalonicēſes in accepta
p̄dicatiōe ꝑdurātes: quaſi de vicino
mūdi termino q̄daꝫ cognoſceret pu
ſillanimitate turbatos/ p̄us in eis q̄
fortia ꝓſpicit laudat: ⁊ caute monen
do poſtmodū q̄ ſunt infirmata robo
rat. Ait em̄. Grās agere debem⁹ deo
ij.Theſ.j. ſēꝑ ꝓ vobis fratres ita vt dignuꝫ eſt:
qm̄ ſupercreſcit fides vr̄a/ ⁊ abūdat
charitas vniuſcuiuſqꝫ veſtrū in inui-
cem: ita vt ⁊ nosipſi in vobis gl'iemur
in eccl'ijs dei ꝓ patiētia veſtra ⁊ fide.
Qui cū blāda hec vite p̄conia p̄miſiſ
ſet/paulopoſt ſubdidit dicēs. Roga-
ij.Theſ.ij. mus autē vos frēs ꝑ aduentum dñi
nr̄i Jeſu xp̄i/ ⁊ nr̄e ꝯgregatōis in id-
ipſum: vt nō cito moueamini a ſenſu
veſtro/ neqꝫ terreamini neqꝫ ꝑ ſmo-
nem/neqꝫ ꝑ ſpm̄/neqꝫ ꝑ epl'am tanq̄
ꝑ nos miſſaꝫ q̄ſi inſter dies dñi. Egit
em̄ ver⁹ doctor vt p̄us audirēt lau-
dati qđ recognoſcerēt/ ⁊ poſtmoduꝫ
qđ exhortati ſeq̄rent: quatin⁹ eorum
mentē ne admonitio ſubiūcta ꝯcu-
teret/ laus p̄miſſa ſolidaret. Qui cū
motos eos vicini finis ſuſpitione co-
gnouerat: nō tñ redarguebat motos
ſed q̄ſi trāſacta neſciēs adhuc cōmo
ueri ꝓhibebat: vt diuꝫ de ip̄a leuitate
motiōis p̄dicatori ſuo ſe incognitos
crederēt/tāto reprehēſibiles fieri q̄nto
⁊ cognoſci ab illo formidarēt.

De iudicio dei. Moralium libro
quinto. Capitulum.ij.

SUſtinetis in exemplū iuſti iudi ij.Theſ.j.
cij dei. Unuſq̄ſqꝫ debꝫ ꝯſidera-
re que peccātes poſtmodū ſupplicia
maneant: ſi etiā iuſtos tā valida h̄ fla
gella caſtigāt. Hinc eſt eī qđ Petr⁹ j.Pe.iiij
ait. Tēpus eſt vt iudiciū incipiat de
domo dei. Et ſi iuſt⁹ vix ſaluabitur/
impi⁹ ⁊ pctōr vbi parebūt? Hic pau
lus cū mlťa i theſſalonicēſiū laude di ij.Theſ.j.
xiſſet/ꝓtin⁹ adiūxit. Ita vt ⁊ nos ipi
in vobis gloriemur in eccleſijs dei ꝓ
patiētia veſtra ⁊ fide in oīb⁹ perſecu-
tionib⁹ ⁊ tribulationib⁹ veſtris quas
ſuſtinetis in exemplū iuſti iudicij dei
Ac ſi diceret. Dū tot dura toleratis
qui tam recta agitis/ qđ alið q̄ꝫ iuſti
iudicij dei exēpla datis? Quia ex ve-
ſtra pena colligendū eſt quō feriat q̄-
bus iraſcit: ſi ſic affligi vos patit/ in
quib⁹ letatur. Multo mag̃ quippe
percuſſur⁹ eſt quibus iuſtuꝫ iudiciū
exhibet: ſi etiam vos ſic cruciat quos
pie redarguens fouet

De Antichriſto plena diſputatio.
Moraliū lib.xxxiiij. Cap.iij.

In tēplo dei ſedebit oſtendēs ſe
tāq̄ʒ ſit deꝰ. Terribili ordīe diſ-
poſitionis occulte p̄uſq̄ʒ hoſtis anti-
quꝰ in illo dānato hoīe vicʒ antixp̄o
quē aſſumet appeat ꝟtutum ſigna a
ſctā ſubtrahent̄ eccl'ia. Nam ꝓphetia
abſcōdet̄/curationū gr̄a auferet̄/plu-
rioris abſtinētie ꝟtus imminuet̄: do-
ctrine ꝯticeſcēt ꝟba/miracl'oꝝ tollen
tur ꝓdigia. q̄ quidē neq̄q̄ʒ ſupna diſ-
pēſatio funditꝰ ſubtrahet: ſed nō hec
ſicut p̄orib; tēpibus apte ac multipl'r
oſtēdet. Quod tn̄ mira diſpēſatiōe age-
tur: vt ex vna re diuia ſimul pietas et
iuſticia cōpleat̄. Dū em̄ ſubtractis ſi-
gnoꝝ ꝟtutib; eccl'ia ſctā velut abie-
ctior apparet: ꝛ bonorū p̄miū creſcit
qui illā ꝑ ſpe celeſtiū non ꝓpt̄ p̄ſentia
ſigna venerant̄/ ꝛ maloꝝ mens ꝯ illā
citiꝰ oſtendit̄ q̄ ſequi q̄ ꝓmittit inuiſi
bilia negligūt: dū ſignis viſibilib; nō
tenent̄. Dū igit̄ hūilitas hūiliū mul-
titudine ꝛ manifeſtatione ſignoꝝ q̄ſi
deſtituit̄/terribili occulte diſpoſitio-
nis examine inde bonis miſcōdia lar
gior: vn̄ mal' ira iuſta cumulat̄. An-
te igit̄ ex mag̃ pte ſigna ꝟtutū ꝛ mi-
raculoꝝ a fidelib; in ſctā eccl'ia ſub-
trahent̄: ꝛ tūc ꝯ eos antiquꝰ hoſtꝭ in
illo dānato hoīe. ſ. antixp̄o ꝑ apta ꝓ-
digia ꝯſpicuꝰ ꝛ manifeſtꝰ oſtēdet̄: vt
q̄ ipſe ꝑ ſigna extollit̄/ eo a fidelib; ſi-
ne ſignis robuſtiꝰ laudabiliꝰq̄ʒ vin-
cat̄. Quāuis etiā fidelib; in eiꝰ certa-
mine ſig̃ nō deerūt: ſʒ tāta erūt illius
vt nr̄oꝝ aut pauca aut nulla videāt̄.
Quoꝝ nimiꝝ virtꝰ oīb; ſignis fit po
tior: cū om̄e qđ ab illo fieri terribilit̄
cōſpicit/ꝑ interne ꝯſtātie calcē p̄mit.
Sʒ malignꝰ hoſtis tāto ꝯ eos acrio-
re imanitate ſe exhibebit/ q̄nto ſe de-
ſpici etiā clareſcentib; miracul' dole-

bit. Totū igit̄ ſe in eoꝝ interitu collī
get. cūctoſq̄ʒ reprobos in nece fideliū
immaniter ꝛ crudeliter accēdet.

¶ Moralium libro. xxix.

Superba itaq̄ʒ anti xp̄i celſitudo
ſuꝑ reprobas mētes hoīm faſtu glo-
riatiōis erigetur: ita vt hō peccator: ꝛ tamē
hō deſpiciēs eſtimari deū ſe ſuꝑ ho-
mines mētiat̄. vn̄ paulꝰ ap'ls dr̄. Ita
vt in tēplo dei ſedeat oſtēdēs ſe tāq̄ʒ
ſit deꝰ. Cuiꝰ vt tumorē pleniꝰ oñde-
ret p̄miſit. Qui aduerſatur ꝛ extollit̄ Thi. ā.
ſuꝑ om̄e qđ dr̄ deꝰ/aut qđ colit̄. Deꝰ
em̄ aliqn̄ dici ꝛ hō pōt/ iuxta qđ ꝛ ad
Moyſen dr̄. Ecce ꝯſtitui te deū pha Exo. vij.
raonis. Deꝰ ꝟo coli purꝰ hō nō pōt.
Qr ꝟo ſe antixp̄s ꝛ ſuꝑ ſctōs quoſq̄ʒ
hoīes/ ꝛ ſuꝑ ipſiꝰ potētiā diuinitatis
extollit ꝑ exactuʒ ſibi nomē glie: et h
qđ dr̄ deus/ ꝛ h qđ deꝰ colit̄ trāſire co
nat̄. Notādū ꝟo eſt in q̄ntā ſupbie fo-
ueā cecidit/q̄ in menſurā ruine q̄ la-
pſus eſt nō ꝑmāſit. Diabolꝰ q̄ppe vl'
hō ab ſtatu ꝓprie ꝯditiōis clara mēte
corruerūt: vt vl' ille diceret. Aſcendā Eſa. xiiij.
ſuꝑ altitudinē nubiū/ſil'is ero altiſſi-
mo. vl' iſte audiēs crederet aperient̄
ocl'i veſtri/ ꝛ eritꝭ ſicut dij. Idcirco ḡ Gene. iij.
vterq̄ʒ cecidit: q2 deo ſil'is eē nō ꝑ iu-
ſticiā/ ſed ꝑ potētiā ꝯcupiuit. Sʒ hō
per gr̄am liberatꝰ q̄ dei ſil'itudinē ap
petēdo ꝑuerſe ceciderat/ in reatū ſui
crimīs lōge deo ſe imparē eē cogno-
ſcens clamat. Dñe q̄s ſil'is tui: Dia- Ps. xxxiiij.
bolꝰ aūt in lapſus ſui crimīe iuſte di
miſſus in mēſurā ruine ſue minime
ꝑmanſit: ſed q̄ātū ab om̄ipotētis gr̄a
diu defuit/ tāto magis reatū crimīs
cumulauit. Naʒ q̄ ideo cecidit: q2 ꝑ-
uerſo ordīe deo ſil'is eē voluit/ eo vſ-
q̄ʒ ꝑductꝰ ē/ vt in antixp̄ʒ veniēs vi-
deri deo ſil'is dedignet̄: ꝛ eū quē hic

non potuit ſupbꝰ eq̄lē/dānatꝰ putat
inferiorē. Nā cū d̾ illo h̄ qđ iā pmiſi-
mus dī. Extollēs ſe ſup oīe qđ dī
deus aut qđ colit̾: apte mōſtrat̾. qm̄
appetēdo dudū dei ſilitudinē: q̄ſi iu-
xta deū erigere ſe voluit: ſꝫ in ſupbie
culpa creſcēdo/ iā ſe ſup oē qđ deꝰ dī ꝛ
colit̾ extollit. Sꝫ hec eiꝰ ſupbia diſtri
cti iudicis erit aduētu ferienda: ſicut
ij. Theſ. ij. ſcptuꝫ eſt. Quē dn̄s ihs interficiet ſpū
oris ſui: ꝛ deſtruet illuſtratōe aduētꝰ
¶ In moralibꝰ libro. xxxij. (ſui.
Dan. viij. ¶ De h̄ pdito hoīe p Danielē dī. Cō
tra pncipē pncipū ꝯſurget: ꝛ ſine ma
nu ꝯteret̾. Qđ ergo p Danielē dictū
eſt/ cōtra pncipē pncipū ꝯſurget/ h̄ p
Paulū dī: ita vt in tēplo dei ſedeat
ij. Theſ. ij. oſtēdēs ſe tanq̄ ſit deꝰ. Et qđ p Da
nielē ſubiūgit̾/ ſine manu ꝯteret̾: h̄ p
Paulū exprimit̾. quē dn̄s ihs interfi-
ij. Theſ. ij. ciet ſpū oris ſui: ꝛ deſtruet illuſtratōe
aduentꝰ ſui. Sine manu ſcꝫ cōteret̾:
q2 nō angelorū bello/ nō ſctōꝝ certa-
mine: ſed p aduentū iudicis ſolo oris
ſpiritu eterna morte ferietur.

¶ Item de miniſtris Antichriſti et
membris diaboli. Moralium libro
xxix. Capitulum. iiij.

ij. Theſ. ij. Ut reueleť in ſuo tpe. Nā mini
ſteriū iam opat̾ iniq̄tatꝫ. Sūt
nōnulli q̄ eťna q̄ audiunt veracit̾ cre
dūt: ſed tñ iuxta pdicationē fidei vi-
uere negligūt: ꝛ eidē fidei quā ſpecie-
tenus venerātes tenēt male viuēdo
ꝯtradicūt. Qui dū plꝰ terrena q̄ꝫ ce-
leſtia/ plus quevidēt q̄ꝫ que audiunt
diligūt: pullante pſecutiōis articulo
qđ rectū credere videbant̾ amittūt.
Dē illo maxime tpe multiplicꝰ age-
tur/ qn̄ ſurgente ipo iniq̄x capite/ in
ſctē eccľe pſecutiōe viria liberis ſuis
ſuribꝰ eiꝰ fortitudo graſſabit̾, ibi tūc

vniuſcuiuſq3 cor oſtēdet̾: ibi q̄cquid
in occultis latebat apiet̾. et qui nunc
ore ſunt pij ꝛ corde ſꝫ impij/ publica-
ta malicia corruēt: ꝛ fidē quā ſpecie-
tenꝰ tenuerāt pdent. Hinc Paulus
ait. Ut reueleť in ſuo tpe: nā miniſte
riū iam opat̾ iniq̄tatis. Ac ſi diceret
Tūc antichriſtꝰ manifeſtꝰ videbit̾/ q̄
in cordibꝰ iniquoꝝ. i. mēbroꝝ ſuorū
ſecreta ſua iam nūc occultꝰ opat̾. Ut
em̄ de apertioribꝰ criminibꝰ taceam:
ecce aliꝰ fratri in corde ſuo tacitꝰ in-
uidet: ꝛ ſi occaſionē repiat/ eum ſup-
plantare ꝯtendit. Cuiꝰ alteriꝰ mem-
brū eſt: niſi eiꝰ de quo ſcriptū eſt. In- Sap. ij.
uidia diaboli mors introiuit in orbē
terraꝝ. Alius magni meriti ſe eē eſti
mans per tumorē cordis cunctis ſe
preferēs: omnes ſemetipo inferiores
credit. Cuius alteriꝰ mēbrū eſt/ niſi
eius de q̄ ſcriptū eſt. Omne ſublime Job. xli.
videt: ꝛ ipe eſt rex ſup oīes filios ſu
perbie. Alius potentiā huiꝰ mundi
querit: nō quo alijs pſit/ ſed quo non
ſit ſubditꝰ alteri. Cuius alteriꝰ mem
brū eſt/ niſi eius de quo ſcriptuꝫ eſt:
qui dixit. Sedebo in mōte teſtamēti Eſa. xiiij.
in lateribꝰ aquilonis: aſcendā ſup al
titudinē nubium/ ſilis ero altiſſimo:
Solus q̄ppe altiſſimꝰ ita dominat̾
ſup oīa/ vt alteri ſubeſſe nō poſſit.
Quē diabolꝰ imitari pūerſe voluit:
cum ſuū dominiū querēs/ ei ſubeſſe
recuſauit. Imitat̾ ꝗ diabolū quiſq̄s
idcirco poteſtatē ſuā appetit: quoniā
ei qui ſibi ppoſitus eſt ordinatiōe ſu
perna ſubeſſe faſtidit. Sūt nanq3 p-
terea plurima q̄ quoſdaꝫ in ipa pace
eccľe ꝯſtitutos infideles eſſe renun-
cient. Uideo nanq3 nōnullos ita pſo
naꝫ potētis accipe: vt ab eo req̄ſiti p
fauore eiꝰ nō dubitēt in cauſa pximi

verũ negare. Et q̃s eſt veritas/niſi
Jo. xiiij. ille q̃ dixit. Ego ſuȝ via/veritas/⁊ vi
ta. Neq̧ em̃ baptiſta Joãnes de cõ⸗
feſſiõe xp̃i:ſȝ de iuſtitie ꝟitate req̃ſit⁹
occubuit. Sȝ q̈a xp̃s eſt veritas/ad
mortem vſq̧ idcirco ꝑ xp̃o/q̈a vez ꝑ
ꝟitate ꝓuenit. Ponam⁹ ḡ ante ocu⸗
los q̃ aliq̃s ꝑcũctat⁹ ꝑſonã potẽtis:
accepit/⁊ ne verbi ſaltem iniuriã pa
teref:veritatẽ negauit. Quid rogo
iſte faceret in dolore penaꝝ qui xp̃m
erubuit inter flagella verboꝝ? Ecce
⁊ poſthec ante oculos hoĩm adhuc
xp̃ianus eſt/⁊ tñ ſi dñs euȝ diſtricte
diſpoſuit iudicare iam nõ eſt. Video
aũt ⁊ alios q̃b⁹ ꝑ locũ magiſterij ex⸗
hortãdi ſũt officia arguẽdiq̧ cõmiſ⸗
ſa/q̈a vidẽt aliq̃d illicitũ admitti ⁊ tñ
dũ q̃rundã potentũ offendere grãm
metuũt:arguere nõ p̃ſumunt. Quiſ
q̃s iſte eſt q̃d aliud facit niſi videt lu
pũ venientẽ ⁊ dimittit oues ⁊ fugit?
Fugit q̈a tacuit/ tacuit qm̃ deſpecta
eterna grã tẽporalem gl'iam̃ plus a⸗
mauit. Ecce ante potẽtiȝ faciẽ intra
ſui ſe latebras ſilẽtij abſcõdit/⁊ ſicut
publice ꝑſecutiõi ſic occultũ locũ de
dit timori. Qui igif talis ẽ/ſi hec di⸗
ſtricte iudicanf:⁊ perſecutio publica
defuit/⁊ tñ tacẽdo xp̃m negauit. Nõ
ergo deſunt vel in pace eccleſie anti⸗
xp̃i tẽptamẽta. Nemo itaq̧ illa ꝑſe⸗
cutiõis extreme tẽpora q̃ſi ſola per⸗
horreſcat. Apud iniq̃s nam̃q̧ q̃tidie
res antixp̃i agif:qm̃ in coꝝ cordib⁹
myſteriũ ſuũ iam nũc occult⁹ oꝑaf.
Et ſi nũc multi ſpecietenus intra ec
cl'iam ꝯſtituti ſimulãt ſe eſſe qđ non
ſũt/in aduentu tñ iudicis ꝓdenf qđ
Eccl's. ſũt. De q̃b⁹ bñ ſalomon ait. Vidi im
viij. pios ſepultos/q̃ etiã cũ adhuc viue⸗
rent in loco ſancto erãt/⁊ laudabanf
in ciuitate quaſi iuſtoꝝ operum.

¶ De habenda pace cũ pctõribus
In paſtorali capitulo. xlvj. Ca. v.

Cum tẽporalis pax in prauoꝝ
cordib⁹ ex increpatione noſtra
ꝯfũdif:inuiolate neceſſe eſt vt in nr̃o
corde ſeruef. Vñ diſcipulos paulus
admonet dicens. Si q̃s non obedit ij. The. iij.
verbo noſtro ꝑ epiſtolã/hũc notate/
⁊ nõ cõmiſceamini cũ illo vt confun⸗
daf. Atq̧ illico adiũxit. Et nolite vt
inimicũ eſtimare illuȝ/ſȝ corripite vt
fratrẽ. Ac ſi diceret. Pacẽ cũ illo ex
terioreȝ ſoluite. ſed interiorem circa
illũ medullitus cuſtodite/vt peccan⸗
tiȝ mẽteȝ ſic vr̃a diſcordia feriat/qua⸗
tinus pax a veſtris cordib⁹ nec abne
gata diſcedat.

¶ Expliciũt exceptiones de epiſtola
ſcđa ad Theſſalonicenſes.

## Incipiunt exce

ptiones ex opuſculis beati Gregorij
pape. De epiſtola beati Pauli apo⸗
ſtoli ad Timotheum prima.

¶ Per gr̃atia ⁊ libero arbitrio. Mo⸗
ralium lib. xviij. Capitulũ. j.

Miſcđiaȝ j. ad thi. j.
conſecutus ſum:
quia ignorans fe⸗
ci. Null⁹ põt dicef
ad cognoſcenduȝ
deum actionis ſue ſe mercede perue
niſſe/vel aliquod digni operis meri
tum quo chriſtum dei virtutem et
dei ſapientiam perciperet quaſi pre⸗
cium dediſſe. Ad hoc nãq̧ precium
damus vt eius vice rem quam appe

timus/poſſidere debeam⁹. Quid au
tem nos dedim⁹ vt ſapientiã q̃ chri‑
ſtus eſt pcipe mereremur? Gr̃a q̃ pre
redẽpti ſum⁹. Illa naq̃ȝ ſola opa ma
le viuẽdo dedimus: q̃b9 ſi iuſta retri
butio ſeruaret̃: nõ chriſt⁹/ ſed ſuppli‑
cia redderent̃. Sȝ aliõ hõ p iuſticiaȝ
meruit/ aliud p gr̃am accepit. Teſta‑
tur Paul⁹/ priuſq̃ȝ mens ill⁹ ſemen
gratuite vitatȝ acceperit: q̃b9 ſentib9 p̃‑
mebatur erroris. Qui pus (inq̃t) fui
blaſphem⁹ ꝛ pſecutor ꝛ ꝯtumelioſus
ſed miſc̃diam conſecut⁹ ſum: q2 igno
rãs feci in incredulitate. Teſtat̃ etiaȝ
p qualib9 xp̃s mori dignat⁹ eſt. Cũ
adhuc (inq̃t) pctõres eſſem⁹/ ſm tp̃s
chriſt⁹ p ipĩs mortu⁹ eſt. Qui g̃ ve‑
niẽte xp̃o dei virtute ꝛ dei ſapia imp̃ij
inuẽti ſum⁹/ q̃d boni opis dedim⁹ q̃
eum accipe mereremur? Nullus ſuis
meritis eſſe ſaluatuȝ paul⁹ intellexe‑
rat: neminẽ dediſſe aliq̃d boni opis
vt ad fidẽ veniret cognouerat. q̃ di‑
cebat. Quis pᵒr dedit illi ꝛ retribue‑
tur ei? Hinc iterũ ſcp̃tũ eſt. Gr̃a ſalui *Ephe. ij.*
facti eſtis p fideȝ: ꝛ h̃ nõ ex vobis. dei
eñ donũ ẽ/ nõ ex opib9: ne q̃s glorie‑
tur. Hinc d̃ ſemetipõ iterũ loquit̃ di‑
cẽs. Gr̃a dei ſum id q̃d ſum. Ex cu‑
iuſnimiꝰ aſpiratiõe gr̃e: q2 virtutum
opa prĩ⁹ in corde generant̃: vt ex li
bero q̃ȝ arbitrio ſubſequat̃ actio: cui
poſt hanc vitã eterna reſpõdeat retri
butio/ ilico adiecit. Et gr̃a ei⁹ in me
vacua non fuit.

Q, culpa ſit precioſis veſtibus in‑
dui. In homelia ſuper Cum audiſſȝ
Joannes. Capitulum. ij.

*j. Tim. ij.* Mulieres in habitu ornato cuȝ
verecũdia ꝛ ſobrietate ornẽt ſe
nõ in tortȝ crinib9 aut auro aut mar
*Nota* garitȝ/ vl' veſte p̃cioſa. nemo exiſtimet
in fluxu atq̃ȝ ſtudio p̃cioſaꝝ veſtium
peccatũ deeſſe: q2 ſi h̃ culpa nõ eſſet/
nullo mõ Joannẽ baptiſtam dñs de
veſtimẽti ſui aſpitate laudaſſȝ. Si h̃
culpa nõ eſſ̃/ nequaq̃ȝ Paulus per
epiſtolã feminas a p̃cioſaꝝ veſtiũ ap‑
petitu cõpeſceret dicẽs. Nõ in veſte
p̃cioſa. Beat⁹ quoq̃ȝ Petr⁹ ap̃ls d̃t:
Mulieres ſubdite ſint viris ſuis: q̃‑ *j. Pe. iij.*
ruȝ ſit nõ extrinſec⁹ capillatura aut
circũdatio auri/ aut indumẽti veſti‑
mentoꝝ cultus. Penſate ergo q̃ cul‑
pa ſit hoc viros appetere a q̃ curauit
eccleſie paſtor ꝛ egregius doctor etiã
feminas prohibere.

Q, filioꝝ nomine opa deſignant̃.
Moralium libro. xij. Cap. iij.

Saluabit autẽ m̃lier per filiorũ *j. Tim. ij.*
generationẽ. Nomine filiorũ in
ſcp̃tura ſacra aliq̃n opa deſignãt̃: ſi‑
cut de m̃liere Paulus d̃t. Q2 ſalua
erit per filioꝝ generationẽ. Neq̃ȝ eñ
m̃lier que ꝯtinentie ſtudẽs nequaq̃ȝ
filios generat ſalua nõ erit/ ſȝ p gene
rationẽ filioꝝ ſaluari d̃r: q2 p effectũ
bonoꝝ opeꝝ ppetue ſaluti ſociat̃.

De honore epiſcopatus. In paſto
rali. viij. Capitulum. iiij.

Timotheũ inſtruẽs Paulus de
officio epiſcopat⁹ ait. Si quis *j. Tim. iij.*
epiſcopatũ deſiderat/ bonũ op⁹ deſi‑
derat. Qui tñ laudãs deſideriũ in pa
uorẽ vertit prĩn⁹ q̃d laudauit: cũ re‑
pente ſubiũgit. Oportet aũt ep̃m ir‑
rep̃henſibilẽ eſſe. Cunq̃ȝ virtutuȝ ne‑
ceſſaria ſubſequenter enumerat: q̃ ſit
irrep̃hẽſibilitas ip̃a manifeſtat. Et
fauet ergo deſiderio/ ꝛ terret ex p̃ce‑
pto. Ac ſi apte dicat. Laudo q̃d q̃ri‑
tis: ſed pus diſcite q̃d q̃ratis: nedum
voſmetipõs metiri negligitis tanto
fedior veſtra rep̃henſibilitas pareat.

quãtor a cũctis ↄſpici in honoris ar-
ce feſtinatis. Magnꝰ eñ regẽdi arti-
fex fauorib⁹ impellit/terrorib⁹ retra-
hit vt auditores ſuos ⁊ deſcripto in
reprehẽſibilitatis culmine reſtringat
a ſupbia ⁊ officiũ laudãdo qđ querit
cõponat ad vitã. Ipm quoqꝫ epiſco-
patus officiũ boni operis expſſione
definit cũ dr̃. Si qs epatum deſide-
rat bonũ opꝰ deſiderat. Ipe ergo ſi-
bi teſtis eſt/qꝛ epiſcopatũ nõ appetit
qui nõ per hũc boni operis miniſte-
rium/ſed honoris gl'iam querit.

¶ Moralium libro.xxi.

Titum.j. ¶ De hoc eodẽ epatus officio edo-
cens Titũ ait. Oportet epm eſſe ſine
crimine. Hoc autẽ inter peccatũ di-
ſtat ⁊ crimẽ qꝛ omẽ crimẽ peccatũ ẽ:
nõ tñ omẽ pctm̃ crimẽ. Et in hac vi-
ta multi ſine crimine: nullus vo ſine
peccatis valet eſſe. Predicator itaqꝫ
ſanctꝰ cum virũ dignũ grã ſacerdo-
tali deſcriberet: neq̃q̃ dixit/ſine pec-
cato/ſed ſi qs ſine crimine eſt. Sine
peccato eñ nemo valet eſſe: cũ Ioã-
j. Ioan.j. nes dicat. Si dixerimꝰ qꝛ pctm̃ nõ
habemꝰ: nos ipos ſeducimus/⁊ veri-
tas in nobis non eſt.

Moraliũ libro.xxxiij. qꝛ pdicato
res angeli vocẽtur Cap.v.

SCriptura ſacra pdicatores ec-
cleſie p eo qꝛ gl'iam p̃rie celeſtis
annunciant/angeloꝝ noĩe ſolet deſi-
gnari. Hinc Malachias ꝓpheta lo-
Mala.ij. quit dicens. Labia ſacerdotis cuſto-
dient ſcientiã/⁊ legẽ requirent ex ore
eius: qꝛ angelus dñi exercituum eſt.
j. Tim.iij. Hinc Paulus ait. Magnũ eſt pi-
etatis ſacrm̃ qđ manifeſtatũ ẽ in car-
ne/iuſtificatũ eſt in ſpũ: apparuit an-
gelis: pdicatũ eſt gentib⁹: creditũ eſt
mũdo: aſſumptũ eſt in gl'a. Qui igit
diſpẽſatõis miſteriũ poſtq̃ȝ appruiſſe
angelis dixit. Predicatũ gẽtib⁹ ſub-
didit: angeloꝝ pfecto nomĩe pdicato
res ſctõs.i. vitatꝫ nũcios dſignauit.

Q, nõ debeat pdicare q̃ impfectꝰ
eſt vita vl' etate. In homelia ſecunda
ſuper Ezechielem. Et in paſtorali.
caplo.xlix Capitulum.vi.

NEmo adoleſcentiã tuã contem- j. Timo.iiij.
nat. Cũ pma ſunt adoleſcentie
vl' iuuẽtutꝫ nr̃e tpa nobis adhuc ceſ-
ſandũ eſt a pdicatiõe: nec debemꝰ in
infirma etate pdicare: qꝛ ſmo doctri
ne nõ ſuppetit niſi in pfecta etate. Q̃-
adulqꝫ ei infirmi ſumꝰ/cõtinere nos
intra noſmetipos debemꝰ: neduȝ te-
nera bona citiꝰ oſtẽdimꝰ amittamꝰ.
Ad exẽplũ g̃ nõ ſr̃ oſtẽdẽda/ niſi que
ſunt firma. Hinc etiã p quedã ſapiẽ- Nota
tẽ dr̃. Adoleſcens loq̃re in tua cauſa
vix: ⁊ ſi bis interrogatꝰ fueris/ habeat
initiũ reſpõſio tua. Cũ vo p Paulũ
Timotheo diſciplo dr̃. Precipe hec
doce: nemo adoleſcẽtiã tuã ↄtemnat
Sciendũ nobis eſt/qm̃ in ſacro elo-
quio aliqñ adoleſcẽtia iuuẽtꝰ vocat.
Qđ citiꝰ oſtendit/ ſi Salomonis ad
mediũ vba pferant: q̃ ait. Letare iu- Eccle.xi.
uenis in adoleſcẽtia tua. Si eñ vnũ
vtraqꝫ eẽ nõ diſcerneret quẽ mone-
bat i adoleſcẽtia iuuenẽ nõ vocaret.
Quos igit a pdicatõis officio vl' im-
perfectio vl' etas phibet: ⁊ tñ impellit
precipitatio cũ arripiunt intẽpeſtiue
qđ nõ valent. perdũt etiã qđ implere
qñqꝫ tempeſtiue potuiſſent: ſicut pul
li auiũ ſi volare appetunt ante perfe-
ctionẽ alarũ: vnde ire cupiũt in alta/
inde mergunt in ima.

De quadã ſacre ſcripture cõſuetu
dine. Moral. lib. v. Ca.vij.

MAnus cito nemini impoſueris: j. Tim.v.

neq̃ cõmunicaueris peccatiſ alienis Sacre ſcṗture ɔſuetudo eſt/ vt cum aliq̃d narrat interpoſita alterius cauſe ſnia/ad ſuṗiora ṗtinus redeat. Sed hũc eſſe nonnũq̃ morẽ ſacri eloquij meli⁹ oſtẽdim⁹/ ſi ex eo aliquaꝫ hui⁹ rei ſilr̃udinẽ ꝓferam⁹. Paul⁹ nanq̃ aplſs cũ dilectũ diſcipulũ de inſtituẽ-dis eccl'ie officijs admoneret: ne q̃s forte ad ſacros ordines inordiate ꝓ-ueheret dixit. Man⁹ cito nemini im poſueris/ neq̃ cõicaueris pctis alie-nis: te ipm caſtũ cuſtodi. Qui ad in-firmitatẽ eius corpis ꝓtin⁹ ṽba con uertẽs ait. Noli adhuc aquã bibere: ſed modico vino vtere ꝓpt ſtomachũ tuuꝫ/ ⁊ frequẽtes tuas infirmitates. Statimq̃ ſubiũgit dicẽs. Quorũ-daꝫ hoim pctã manifeſta ſ t ṗcedẽtia ad iudiciũ: quorũdã aũt ⁊ ſubſequũt. Quid ẽ ad illõ ṗtinet qd ab infirmo bibi aquã ꝓhibuit/ hoc qd de peccatiſ abſcõditiſ quorũdã hoim manifeſtiſ-q̃ ſubiũxit. Niſi ꝙ interpoſita de eius infirmitate ſnia ad h̃ i extremo redijt qd ſuṗius dixit. Man⁹ cito nemini impoſueris neq̃ cõicaueris peccatiſ alienis? Ut eñi hec eadeꝫ pctã quãta ſollicitudine ꝑquirẽda eẽnt oñderet/ interpoſita ɔ̃ infirmitatis moleſtiaꝫ di ſcretiõis admonitiõe ꝓtin⁹ intulit qd in alijs pateſcerẽt/ in alijs laterent di cens. Quorũdaꝫ hoim pctã manife ſta ſunt ṗcedẽtia ad iudiciũ: q̃rũdaꝫ aũt ⁊ ſubſequunt. In hac ẽ ſentẽtia Paul⁹ nõ eiſdẽ verbis cõgruit/ q̃bꝰ iam loquẽs de Timothei infirmita-te ſubiunxit/ ſed ad illud redijt qd ſu perius intermittendo narrauit.

De cupiditate. Moralium libro xx. ⁊ xc. Cap. viij.

I. ad Ti- mo. vi.

Radix oium maloꝝ cupiditas. Cũ alicui auaricia/ id eſt cupiditas dominat: ſubiect⁹ ꝓculdubio malis omĩbꝰ demõſtrat: q: de auaricia ma la oñia oriunt: ⁊ peccatoꝝ oium ſpi ne ꝓducunt: de qua ꝑ Paulum dr. Radix oium maloꝝ cupiditas. Ipa quippe latẽter orit in mente/ſed pun-ctiões pctõꝝ omniũ patẽter ꝓducit in ope. Quas videlicꝫ punctiões ab hac radice ſurgẽtes/ſtatim ṗdicator egregi⁹ inſinuat cũ ſubdit. Quã q̃dã appetẽtes errauerũt a fide: ⁊ inſeru-erũt ſe doloribꝰ multiſ. Qui eñi mul tos dolores dixit: quaſi naſcentes ex hac radice punctiones innotuit. I. Timo i vi.

De humana ⁊ angelica atq̃ diui-na natura. Moraliũ li. xxv. Ca. ix.

Qui ſolus habꝫ immortalitatẽ. Oñis imutatio velut quedaꝫ mortis imitatio eſt. Id eñi qd muta-tur/ q̃ſi ab eo qd erat inficit: vt deſi-nat eſſe qd fuit: ⁊ incipiat eſſe qd nõ fuit. Lumẽ aũt verũ creator vicꝫ no ſter nll'a mutabilitatiſ viciſſitudie te-nebreſcit: nullis nature ſue ɔ̃fectibꝰ obumbrat: ſꝫ ei⁹ eſſe ſine mutabilita-te eſt ſicut ſcṗtuꝫ eſt. Apd quẽ nõ eſt trãſmutatio/ nec viciſſitudis obum-bratio. Et inde rurſum Paul⁹ aplſs dicit. Qui ſol⁹ hꝫ imortalitatẽ/ ⁊ lu-cem habitat inacceſſibilẽ. Sꝫ cũ cun cti nouerim⁹ ꝙ ⁊ hũana aia ⁊ angeli-ci ſpũs ſunt immortales inſtituti: cur ab aplſo ſolus deus imortalitatẽ hẽ ꝓhibet: niſi q: ſolus ṽe nõ morit q̃ ſo lus nũq̃ mutat. Hũana q̃ppe aia in lapſuꝫ nũq̃ caderet: ſi mutabilis nõ fuiſſet. Que a paradiſi q̃q̃ gaudijs expulſa ſi mutabilis nõ eſſꝫ/ad vitam minime rediret. In h̃ ipm ṽo qd ad vitã redire nitit/ defect⁹ ſuos altnan te ſemꝑ mutabilitate tolerare cogit,

Ubi. ſ.

Jacõ. I.

Quia ergo ex nihilo cõdita eſt/ ex ſe
nihilominꝰ infra ſe tẽdit/ niſi ad bo-
ni deſiderij ſtatū artificis ſui manu
teneat̃. Ex eo itaqꝫ qđ creatura ẽ/ de-
orſum ire habꝫ. Uirtute nanqꝫ ꝓpria
in p̃ceps poſſe ſe ire ꝯſiderat/ ſꝫ ad cõ
ditorẽ ſuũ amorꝫ manu ſe retinet ne
cadat: q̃uſqꝫ ad imutabilitatẽ trãſe-
at: ⁊ eo vere immortalit̃ quo immu-
tabilit̃ viuat. Ipſi q̃qꝫ ſpũs angelici
mutabiles ſũt ex natura ꝯditi: q̃tinꝰ
ex ſua ſpõte caderent/ aut ex arbitrio
ſtarẽt. Sꝫ q̃a humilit̃ elegerũt ei in-
herere a q̃ creati ſunt. hác ipam in ſe
mutabilitatẽ ſuã ſtãdi iam imutabi-
litate vicerũt: vt h ipo merito trãſcẽ-
derent qđ nature ſue ordine mutabi-
litati ſubeſſe potuiſſent. Qꝛ ergo ſo-
lus creator noſter nullã patit̃ muta-
bilitatẽ recte de eo per Paulum dr̃:
qui ſolus habet immortalitatẽ

De vidẽdo deo. Moralium libro
xviij. Capitulum. x.

j. Tim. vj) Et lucẽ habitat inacceſſibilem.
Cũ ad ipm fontẽ vite creatorẽ
noſtꝝ venerimꝰ/ erit nobis delectabi
liter impſſa ſitis ſimul ⁊ ſatietas: ſed
lõge ab iſta ſiti neceſſitas/ ſed longe a
ſatietate faſtidiũ: qꝛ ſitientes ſatiabi-
mur/ et ſatiari ſitiemꝰ. Uidebimꝰ er-
go deũ ipm q̃ erit p̃miũ laboris no-
ſtri: vt pꝰ mortalitatꝫ huiꝰ tenebras
acceſſa eius luce gaudeamꝰ. Sꝫ cũ
eius lucẽ dicimus acceſſam/ obſiſtit
nõis qđ Paulꝰ dr̃. Qui lucẽ habitat
inacceſſibilẽ quẽ vidit nullꝰ hoim/ ſꝫ
nec videre pt̃. Ecce rurſus audio qđ
ps. xxxiij Pſalmiſta ait. Accedite ad eũ ⁊ illu
minamini. Quõ igit̃ accedendo illu-
minamur/ ſi ipam lucẽ q̃ illuminari
poſſimꝰ nõ videmꝰ? Si v̾o accedẽ-
do ad eũ ipam q̃ illuminamur lucẽ
videmꝰ/ quõ inacceſſibilis eſſe perhi
bet̃? Qua in re pẽſandũ eſt/ q inacceſ-
ſibilẽ dixit nõ omi hoi/ ſed hũana ſa-
pienti. Scriptura quippe ſacra oẽs carna
litꝫ ſectatores hũanitatꝫ noĩe notare
ſolet. Un̄ iſdem apl's q̃buſdã diſcor-
dantibꝫ dr̃. Cũ em̃ ſit int̃ vos zelus ⁊ j. Cor. iij
ꝯtentio: nõne carnales eſtis/ ⁊ ſm ho
minẽ ãbulatis? Et vnde alibi teſtimo j. Cor. ij
niũ ꝓtulit: qđ oculꝰ nõ vidit/ nec au-
ris audiuit/ nec in cor hoĩs aſcẽdit q̃
p̃parauit deꝰ diligẽtibꝫ ſe. Et cum h Ibidem.
hoibꝫ dixiſſet abſcõditū mox ſubdi-
dit: nobis autẽ reuelauit deꝰ per ſpi-
ritũ ſuũ ipm ſe ab hoĩs vocatiõe di-
ſcernẽs: qui raptꝰ ſupra hoiem diui-
na iã ſapuerat? Ita etiã h loco cũ lu-
cem dei inacceſſibilẽ ꝓhiberet vt oſtẽ
deret q̃bꝫ ſubdidit. Quẽ vidit nullꝰ
hoim/ ſed nec videre pt̃ more ſuo ho
mines vocãs/ hoies hũana ſapiẽtes,
qꝛ qui diuina ſapiũt/ videlicꝫ ſup̃ ho
mines ſunt. Deũ igit̃ per celeſtẽ con
uerſationẽ videbimꝰ: ſi ſupra hoies
eẽ mereamur. Que nimiꝝ viſio nũc
fide inchoat̃: ſꝫ tũc in ſpecie ꝑficit̃ q̃n
coeternã deo ſapiẽtiã quã mõ ꝑ ora
p̃dicantiũ q̃ſi ꝑ decurrẽtia flumina
ſumimus/ in ipſo ſuo fonte bibemꝰ.

De ammonitione ſupboꝝ diuitũ.
In paſtorali. caplo. xxvi Cap. xi.

Superbis diuitibꝫ inferre metũ
ꝯ elationẽ debemꝰ ſicut Paulꝰ j. Tim. vj
dicit diſciplo de diuitibꝫ. Diuitibus
huiꝰ ſeculi p̃cipe nõ ſupbe ſapere: neqꝫ
ſperare in icerto diuitiaꝝ ſuaꝝ. Ubi
notãdũ valde eſt q humilitatis do-
ctor memoriã diuitũ faciẽs non ait.
Roga/ ſed p̃cipe: qꝛ ⁊ ſi impẽdẽda eſt
pietas infirmitati: bono: tñ nõ debet̃
elationi. Talibꝫ ergo rectũ qđ dr̃ tan
to rectꝰ iubet̃/ q̃nto ⁊ rebꝫ trãſitorijs

altitudine cogitationis intumeſcũt
De his in euãgelio dicit dñs. Ue vo
Luc. vi. bis diuitibus/q̃ habetꝫ cõſolationeꝫ
veſtrã. Quia enĩ q̃ ſunt eterna gau-
dia neſciũt/ex p̄ſẽtꝫ vite abũdãtia cõ
ſolant̃. Offerendus eſt ergo a p̄dica
toribus timor diuitibꝫ ſuꝑbis quos
cõſolatio glorie tẽporalis extollit: vt
cognoſcant quia diuitias quas con
ſpiciũt tenere nequaq̄ꝫ poſſunt.

De Uitanda verboruꝫ nouitate.
Moralium Libro. xviij. Cap. xij.

i. Tim. i. O Timothee depoſituꝫ cuſtodi
Quicunq̄ꝫ ad vere p̄dicatiõis
vba ſe p̄parat neceſſe eſt vt cauſarũ
origines a ſacris paginis ſumat/vt
om̄e qḋ loquit̃ ad auctoritatis diui
ne fundamentum reuocet atq̄ꝫ in eo
ſue locutionis edificiũ firmet. Se-
pe enĩ heretici dũ ſua ꝑuerſa ſtudẽt
aſtruere/p̄ferũt ea q̃ p̄fecto in ſacro-
rũ librorũ paginis nõ tenent̃. Unñ et
diſcipulũ ſuũ p̄dicator ammonet di
cẽs. O Timothee depoſitũ cuſtodi/
deuitãs ꝓphanas vocuꝫ nouitates.
Nota. Dũ enĩ laudari heretici tanq̄ꝫ de ex-
cellẽti ingenio cupiũt q̃ſi noua q̃daꝫ
p̄ferũt/q̃ in patrũ ãtiquorũ libris ve-
teribus nõ tenent̃. Sicq̄ꝫ fit vt dũ vi
deri ſapiẽtes deſiderant: miſeris au-
ditoribꝫ ſuis ſtultitie ſemĩa ſpargãt.

De Studio legendi. In paſtora-
li capitulo. xxij. Capitulũ. xiij.

i. Ti. iiij. Dum venio attende lectioni.
Omnis p̄latus ⁊ rector quoti-
die ſacri eloquij ſtudioſe debꝫ prece-
pta meditari: vt in eo vim ſollicitudi
nis ⁊ erga celeſtẽ vitã ꝓuide circum
ſpectiõis: quã humane ↄuerſationis
vſus indeſinẽter deſtruit/diuine ad-
monitiõis verba reſtaurẽt/⁊ q̃ ad ve
tuſtatẽ vite ꝑ ſocietatẽ ſeculariũ du
citur/ad amorem ſemꝑ ſpiritalis pa
trie cõpunctionis aſpiratione reno-
uet̃. Ualde nanq̄ꝫ cor inter humana
defluit. Cunq̄ꝫ indubitãter cõſtet ꝙ
exterius occupationũ tumultibꝫ im
pulſũ a ſemetipſo corruat/inceſſabili
ter ſtudere debet vt per eruditionis
ſtudiũ reſurgat. Hinc eſt enĩ ꝙ p̄la-
tum gregi diſcipulũ paulus admo-
net dicens. Dũ venio attende lectio-
ni. Hinc Dauid ait. Quomodo di- ps. cxviij
lexi legem tuam dñe: tota die medi-
tatio mea eſt.

Expliciunt exceptiones de ep̄la
ad Timotheum prima.

# Incipiunt exce

ptiones de ep̄la ad Timotheũ ſcḋa.

Quomodo contemplatio poſſit
haberi. Moralium lib. v. Ca. i.

Sãcti vi-
ri ab huiꝰ mũdi
inq̇eta cõcupiſcẽ
tia ſe penitꝰ ſub-
trahunt: ac terre
narũ actionũ ſtrepitũ deſerũt/⁊ ꝑ q̇e
tꝫ ſtudium ab exterioribꝫ opibꝫ ceſſã
tes interna penetrare ſatagũt. Neq̄ꝫ
enĩ ad interna cõtẽplãda ꝑducunt̃:
niſi ab his q̃ exteriꝰ implicãt ſtudio
ſe ſubtrahant̃. Hinc eſt enĩ ꝙ per ſe
metipſam veritas dicit. Nemo põt duo Mat. vi
bus dominis ſeruire. Hinc paulus
ait. Nemo militãs deo implicat ſe ne ij. Thi. ij.
gotijs ſecularibꝫ/ vt ei placeat cui ſe
probauit. Hinc ꝑ ꝓphetã dñs admo
net dicens. Uacate ⁊ videte qm̄ ego ps. xlv.
ſum deꝰ. Nequaq̄ꝫ enĩ interna noti-
tia conſpicit̃/niſi ab externa implica-

tione ceſſet.ꝛ mẽs nr̃a nullo mõ ad
vim intime cõtẽplationis rapit/niſi
ſtudioſe ꝑus a terrenoꝝ deſiderioꝝ
tumultu ſopiatur.

¶ Quomodo doctores ꝑdicare de-
beãt. In paſtorali cap.xv. Cap.ij.

Prouidendũ eſt intẽtione ſolli-
cita rectoribꝫ vt ab eis nõ ſoluꝫ
praua nullo mõ:ſꝫ nec recta quidẽ ni-
mie ꝛ inordinate ꝓferant:q̃a ſepe di-
ctoꝝ virtus ꝑdit cũ apud audiẽtiuꝫ
corda incaute loq̃citatis importuni-
tate leuigat. Vñ Paulꝰ cũ diſcipu-
lũ d̃ inſtãtia ꝑdicationis admoneret
dicebat. Teſtificor coram deo ꝛ xp̃o
Jeſu q̃ iudicaturus eſt viuos ꝛ mor-
tuos:ꝛ aduentũ eius ꝛ regnũ ipſiꝰ ꝑ-
dica verbũ/inſta oportune/importu-
ne argue. Dicturus importune,ꝑmi-
ſit oportune/q̃a ſcꝫ apud auditoris
menteꝫ ip̃a ſua vilitate ſe deſtruit/ſi
h̃re ip̃ortunitas oportunitatẽ neſcit.

¶ De Mãſuetis ꝛ iracũdis prelatꝭ.
In paſtorali capitulo.xl. Et in ho-
melia.xj.ſup Ezechielẽ. Cap.iij.

Manſueti p̃lati debent ſtudere
vt etiã emulationẽ iuſtitie ha-
beãt iracũdi ṽo vt emulationi quaꝫ
ſe habere eſtimãt mãſuetudinẽ ſub-
iungant. Idcirco nãq̃ꝫ ſpũs ſanctus
in colũba nobis ꝛ igne mõſtratꝰ eſt:
q̃a videlicet oẽs q̃s implet/ꝛ colũbe
ſimplicitate mãſuetos:ꝛ igne zeli ar-
dẽtes exhibꝫ. Nequaq̃ꝫ g̃ ſpũ ſancto
plenus eſt/q̃ aut in tranq̃llitate mã-
ſuetudinis feruorẽ emulationis de-
ſerit/aut rurſum in emulationis ar-
dore ṽtutẽ manſuetudinis amittit.
Qđ fortaſſe melius oſtenduꝰ ſi in
mediũ pauli magiſteriũ ꝓferamꝰ.q̃
duobꝫ diſcipulis ꝛ nõ diuerſa carita-
te ꝑditis/diuerſa tñ adiutoria predi-
cationis impendit. Timotheũ eni
admonẽs ait. Argue/obſecra/incre-
pa:in om̃i ꝑatiẽtia ꝛ doctrina. Titũ
q̃q̃ꝫ admonet dicens. Hec loquere ꝛ
exhortare/ꝛ argue cũ omni imperio.
Quid eſt ꝙ doctrinã ſuã arte tanta
diſpẽſat:vt exhibenda hac alteri im-
periũ ꝛ alteri patientiaꝫ ꝓponat/niſi
ꝙ mãſuetioris ſpũs titũ ꝛ feruentio-
ris vidit eſſe Timotheuꝫ? Illũ itaq̃ꝫ
ꝑ emulationis ſtudiuꝫ inflãmat/hũc
ꝑ lenitatẽ patiẽtie tẽperat. Illi qđ d̃-
eſt iungit:huic qđ ſupeſt ſubtrahit.
Illũ ſtimulo impellere nitit:hũc fre-
no moderat. Cui q̃ppe ꝑ auctorita-
tẽ imperij iniungẽda erat ſeueritas
ṽbi.is aũt q̃ ꝑ ſpm̃ feruebat/ꝑ patiẽ-
tiã tẽperandus fuerat/ne ſi plus iu-
ſto ferueſceret/nõ ad ſalutẽ vulnera
ſubiectoꝝ reduceret/ſed ſana vulne-
raret. Nã ſepe verba que hunc ad ſa-
lutẽ reuocãt/aliũ vulnerant.

¶ De fiducia eterne retributionis
Moralium lib.x.ꝛ.xxxj. Cap.iiij.

Sancti viri q̃a fideliter domini
ꝑceptis inſeruiũt aduentuꝫ illiꝰ
ſpe certa ꝑſtolant/extremum venire
iudiciũ oſtendi celeſtẽ patriã ꝑſolui
ꝑmia iuſtis appetũt. Sciendũ enim
eſt ꝙ bonoꝝ mẽs quo duriora ꝓ ve-
ritate tolerat:eo eternitatꝭ ꝑmia cer-
tiꝰ ſperat/ꝛ tãto ſpes in deũ ſolidior
ſurgit q̃ꝫto ꝓ illo q̃ſq̃ꝫ grauiora ꝑtu-
lerit. Labores q̃ppe ſuos ſancti cõſi-
derãtes mercedẽ retributionis q̃rũt
ꝛ cauſe ſue merituꝫ ſcientes ꝑſentiaꝫ
iudicis expetũt/cũq̃ꝫ vt veniat in flã-
ma ignis dans vindictã impijs ꝛ cõ-
tẽplationis ſue ſpeciẽ in retributio-
ne deferẽs pijs ardore ſũmo cõcupi-
ſcũt. Labores ergo ſuos intuẽs pre-
dicator egregius dicit. Ego eni iaꝫ

ij.Ti.iiij. delibor/ ꝛ temp⁹ reſolutionis mee in
ſtat. Bonũ certamẽ certaui/curſum
cõſũmaui/fidem ſeruaui: de reliquo
repoſita eſt mihi corona iuſtitie quã
reddet mihi dñs in illa die iuſtus iu
dex. Nã eni cõtra mala trãſeuntia ſi
ne defectu certauerat/de mãſuris ni
miꝝ gaudijs ſine dubietate pſume
bat. Ubi ꝛ apte ſubiũgit. Nõ ſolum
aũt mihi ſ; ꝛ his q̃ diligũt aduentu;
eius. Ac ſi dicat. Sed ꝛ omnibꝰ q̃ ſibi
de bona opatione ſũt cõſcij. Aduen
tũ eni iudicis non diligunt/niſi q̃ in
cauſa ſua habere ſe iuſtitie meritum
ſciũt. Nequaq̃ꝫ q̃ppe gaudiũ vel co-
rona retributiõis de eternitate reci-
pit/qḋ nõ hic pus pia tribulatione ꝛ
labore conquirit. Hinc paulus ait.
ij.Timo.ij Si cõmorimur ꝛ cõuiuem⁹/ſi ſuſti-
nem⁹ ꝛ cõregnabim⁹. Hinc ſãctoꝝ
gl'iam angel⁹ Joãni indicãs ait. Hi
ſũt q̃ venerũt de tribulatiõe magna
Act.xiiij Hinc Paul⁹ diſcipulos ammonet
dicẽs. Per mltas tribulatiões opor
ij.Timo.ij tet nos introire in regnu; dei. Hinc
iteꝝ ait. Non coronabit/niſi q̃ legiti
In homelia ſup (me certauerit.
Si quis venit ad me.

Ad coronã eni ꝛ ad magna pmia
puenire non poteſt/niſi per magnos
labores. Queſcunq̃ꝫ ergo celeſtium
delectat magnitudo premiorũ non
deterreat certamẽ laborum.

Expliciunt exceptiones de epl'a
ad Timotheum ſcda.

## Incipiunt exce-

ptiones ex opuſculis beati Gregorij
pape. De epiſtola beati Pauli apo-
ſtoli Ad Hebreos.

Quibus ex cauſis deus hominẽ
perditum potius q̃ꝫ angelum apo-
ſtatam reparare diſpoſuit.

Moralium libro quarto. Ca.j.

OMnipo
tens deus ſicut ex
nihilo bona facere
potuit/ita cum vo
luit p incarnatio-
nis ſue myſterium etiam pdita bona
reparauit. Duas autẽ ad intelligen
dum ſe creaturas fecerat/angelica;
videlic; ꝛ humanam. Utrãq̃ꝫ vo ſu-
perbia perculit/ꝛ ab ingenite ſtatu
rectitudinis deiecit. Sed vna teg-
mẽ carnis habuit/alia vero nihil in-
firmũ d carne geſtauit. Angelus nã-
q̃ꝫ ſpũs eſt ſolũmõ/ hõ vo ſpũs eſt et
caro. Miſert⁹ ḡ creator vt redime-
ret illã ad ſe debuit reducere/quã in
ppetratiõe culpe ex infirmitate ꝯſtat
aliquid habuiſſe. Et eo alti⁹ debuit
apoſtatam angelu; repellere/quo cũ
a pſiſtendi fortitudine corruit: nihil
ĩfirmũ ex carne geſtauit. Hinc eni
ſcriptũ eſt. Nuſq̃ꝫ angelos apprehẽ- Heb.ij
dit: ſed ſemen Abrahe apprehendit.
Idcirco namq̃ꝫ redẽptor noſter non
angelus; ſed homo fact⁹ eſt: quoniã
hoc pculdubio fieri debuit qḋ rede-
mit/vt ꝛ pditũ angelũ nõ apphẽdẽ-
do deſereret/ꝛ hoĩe; in ſemetipo ap-
phẽdẽdo repararet. Eſt adhuc aliḋ
q̃ ꝛ pditus hõ reparari debuit/ꝛ ſuper
biẽs ſpũs reparari non poſſit/q̃a ni
miꝝ ãgel⁹ ſua malicia cecidit/hoĩe;
vo aliena pſtrauit. Nũqua; ḡ gen⁹
ad penitentiã redẽptoris aduẽtu re-
ducit: apoſtata vero angelus ad re-

ſtauratione nulla ſpe venie: nulla cō-
uerſionis emēdatione reuocat. Sic
quippe illū perpetrate ſuperbie cecitas gra
uat: vt neqꝗ̄ vlterius ad lucē penitentie per
diuini reſpect⁹ memoriā reſurgat; nec
ad veniam cū electis/nec vltra ad illa
claritatē intime agnitiōis ſuperna re-

De ſignificatiōe lumboꝝ. (deat.
Moralium libro. xxxij. Et in home-
lia. viij. Capitulum. ij.

Heb. vij. PEr Abraam Leui decimat⁹ ē:
adhuc em̄ in lumbis patris erat.
Lūboꝝ noie propago mortalitatē expri
mit: qꝛ ſeminaria coit⁹ viris in lūbis/
feminis aūt in vmbilico ineſſe perhibet.
Luc. xij. Hinc ē qꝙ veritas diſcipulis dr. Sint
lūbi vr̄i pcincti. Hinc petr⁹ cū luxu-
riā a corde reſtringeret/ admonebat
j. Pe. j. dicēs. Succincti lūbos mētis vr̄e.
Propt̄ qḋ etiā ꝛ ḋ Leui dr̄: qꝛ adhuc
in lumbis patris erat cū melchiſedech
occurrit abrae. Cum em̄ Paul⁹ per
abrae ſacrificiū melchiſedech tēpore
Leui ſacerdotiū diceret decimatū: vbi
tūc in abrae corpe Leui lateret oſtē-
dēs ait. Adhuc ei in lūbis patris erat.

Q, ſubtiliter cogitatiōes noſtras
deus attendit. In homelia. ix. ſuper
Ezechielem. Capitulum. iij.

Heb. iiij. VIuus ē ſermo dei ꝛ efficax. Ante
omnipotentē dei oculos vel que
bn̄ geſta vl' q̄ ſciēter ſr̄ dicta depeunt
cū iam nō amore dn̄i/ſꝫ intētione lau
dis trāſitorie fiūt. Sic etem̄ ſepe cō-
gitationi bone cogitatio ſiniſtra ſub-
iungit: vt vix ipe q̄ eaſdē cogitatōes
generat anim⁹ agnoſcat. Vn̄ ꝛ pdica
tor egregi⁹ cū loqns ſubtilr̄ diceret.
Viu⁹ eſt ſermo dei ꝛ efficax ꝛ penetra-
bilior om̄i gladio ancipiti: ꝛ ptingēs
vſqꝫ ad diuiſionē anīe ac ſpūs: ilico
Ubi. s. ſubiūgit. Cōpagū qꝫ ac medullarū
ꝛ diſcretor cogitationū ꝛ intentionū
cordis. Diſtinguit em̄ dei ſermo cōpa
ges ꝛ medullas: qꝛ diſcernit cogita-
tiōes ꝛ intētōes cordis. Per compa
ges quippe oſſibꝫ oſſa iūgunt. Et ſepe
dū quiddā recta cogitatōe agim⁹/ſed
in laudis amorē ſubito declinam⁹. ꝛ
hoc p laude facim⁹/ qḋ prius facere p
veritate ceperam⁹: qꝛ cogitatōes cogi
tatiōibꝫ adiūgunt quaſi quedā in ſpū cō
pages fiūt. Sꝫ hn̄t oſſa q̄ in cōpage
iūcta ſunt/ etiā medullas. Qḋ pdica
tor ſctūs aptius intulit cū ſubiūgit.
Diſcretor cogitationū ꝛ intentionū
cordis. Cōpages em̄ nr̄e cogitatōes
ſunt: medulle autē intentiōes. Etem̄
aliud cogitam⁹/ ꝛ aliud eſt qḋ p cogi
tatione intēdim⁹. Nam ſi qs propoſito
nūmoꝝ premio pupilli vel vidue cau-
ſam defendat: ꝛ fortaſſe eccliam in-
grediēs/ſuis precibꝫ dn̄o dicat: tu vides
qꝛ cauſam pupilli ꝛ vidue defendo:
iſte proculdubio q̄ cogitat ſcit: ſed quo
intēdat ei⁹ cogitatio ignorat. Aliud
quippe cogitat atqꝫ aliud intēdit: nō
em̄ defenſionē pupilli vel vidue/ ſed
mercedē nūmoꝝ querit. Nā tolle tpale
premiū ꝛ pupillū ꝛ viduā nō defendis.
Sermo itaqꝫ dei diſcretor ē cogita-
tionū ꝛ intētionū cordis: q̄ nō aſpicit
qd apud temetipm̄ cogitas: ſed per
medullā cōpagis. i. per intētionē co-
gitationis quid accipe requiras.

Q, oportuit p homine redimēdo
hominē ſine pctō offerri. Moraliū
libro. xvij. Capitulum. iiij.

QUamuis ſimplici nature diui-
nitatis nō ſit aliud eſſe/ꝛ aliud
ſape: nec aliḋ ſapere ꝛ aliḋ fortē eſſe.
quippe qꝛ ipa fortitudo q̄ ſapiētia: et
ipa ſapiētia que diuinitatis eſſentia
eſt: dn̄s tn̄ diabolū quātū ad faciē ſpe-

erat non ꝟtute ſed rōne ſupauit. Ipſe
nanqꝫ diabolꝰ in illa nos parētis pmi
radice ſupplātās ſub captiuitate ſua
hoiem q̄ſi iuſte tenuit: q̄ libero cōdi-
tus arbitrio ei iniuſta ſuadenti ꝯſen-
ſit. Ad vitā nanqꝫ cōditꝰ in libertate
ꝓprie voluntatis: ſpōte ſua factus eſt
debitor mortis. Delēda ergo erat ta-
lis culpa: ſed niſi per ſacrificiū deleri
nō poterat. Querēdū erat ſacrificiū
ſed q̄le ſacrificiū poterat ꝑ abſoluen
dis hoibꝫ reperiri. Neqꝫ em̄ iuſtuꝫ fuit
Heb. ix. vt ꝑ rōnali hoie brutoꝝ anialium vi-
ctime cederent. Vn̄ ait apl's. Neceſſe
eſt ergo exēplaria celeſtiū his mūda-
ri: ipa autē celeſtia melioribꝫ hoſtijs
q̄ iſtis. Ergo ſi bruta anialia ꝓpt' ra-
tionale aial. ideſt ꝑ hoie digne victi-
me nō fuerūt: reqrendꝰ erat hō qui ꝑ
hoibus offerri debuiſſet: vt ꝑ rōnali
peccāte rōnalis hoſtia mactaret. Sꝫ
q̄d q̄ hō ſine pctō inueniri non pote-
rat: ꝛ oblata ꝑ nobis hoſtia q̄n nos a
pctō mundare potuiſſet: ſi ipa hoſtia
peccati ꝯtagio nō careret. Inq̄nata
quippe inq̄natos mūdare nō poſſet.
Ergo vt rōnalis eſſet hoſtia/ hō fue-
rat offerendꝰ. Vt ḡ a pctis mūdaret
hoiem homo ꝛ ſine pctō. Sꝫ q̄s eſſet
hō ſine pctō/ ſi ex pcti cōmixtione de-
ſcenderet. Proinde venit ꝓpt' nos in
vtero ꝟginis filiꝰ dei: ibi ꝑ nobis fa-
ctus eſt hō. Sūpta ē ab illo natura/
nō cl'pa. Fecit ꝑ nobis ſacrificiū cor-
pus ſuum: exhibuit ꝑ pctōribꝫ victi-
mā ſine pctō: que ꝛ hūanitate mori/ ꝛ
iuſticia mūdare potuiſſet. Hūc ḡ cū
poſt baptiſma vidit antiquꝰ hoſtis:
mox tētatiōibꝫ impetijt: ꝛ ꝑ diuerſos
aditꝰ ad eiꝰ interiora molitꝰ irrūpere
eſt victꝰ: atqꝫ ipa inexpugnabil' men
tis eius integritate ꝓſtratus. Sꝫ q̄a
ad interiora nō valuit/ ad eiꝰ ſe exte-
riora ꝯuertit: vt q̄ mētis ꝟtute victꝰ
eſt/ eū quē decipere tētatione non va-
luit/ carnis ſaltē videret morte ſupe-
rare: atqꝫ vt añ nos dcm̄ eſt/ ꝑmiſſus
eſt in illo q̄d ex nobis mortalibꝫ me-
diator accepat. Sꝫ vbi potuit aliq̄d
facere/ ibi deuictꝰ eſt ex oīni pte: ꝛ vn̄
accepit exterius poteſtatē dīnce car-
nis occidēde. inde interius poteſtas
eius qua nos tenebat occiſa eſt. Ipſe
nanqꝫ victꝰ eſt interius/ dū quaſi vi-
cit exteriꝰ. Et qui nos iure dbitores
mortꝭ tenuit/ iure in nobis ius mor-
tis amiſit. q̄ per ſatellites ſuos eius
carnē perimendā appetijt/ in quo nil
ex culpe dbito inuenit. Dn̄s ergo no
ſter ꝑ nobis mortē ſoluit indebitaꝫ:
vt nobis mors debita non noceret.
Antiquꝰ aūt hoſtis per exceſſum p̄-
ſumptionis ſue eū etiā perdidit quē
inique ꝑſuaſiōis lege poſſedit: ꝛ duꝫ
audacter eum in q̄ nil ſibi cōpetebat
appetijt/ iure illū quem q̄ſi iuſte tene-
bat amiſit. Prudētia itaqꝫ nō ꝟtute
deuictꝰ eſt: q̄ dū ad tētanduꝫ deū ſol
uit/ ab hoie poſſidēdo religat' vt inde
eū q̄ ſub ipo erat pderet. vn̄ cū illo q̄
ſuper ipm̄ eſt ꝯgredi p̄ſumpſiſſet.

¶ De feruenti perſeuerātia. Mora-
lium libro. v. Capitulum. v.

Qui plene mortificationē ſuaꝫ
appetūt: q̄nto fiunt ad finē vi-
ciniores/ tāto ſe exhibēt in ope arden
tiores: laborādo nō deficiūt/ ſꝫ magꝭ
ad vſum laboris creſcūt. quia q̄ iam
premia ꝓpinquiora cōſiderant/ eo in
opere delectabiliꝰ exſudāt. Vnde bt̄i
Paulus quibuſdaꝫ eternā patriā q̄-
rentibus dt. Nō deſerentes collectio- Heb. x.
nem noſtrā ſicut eſt cōſuetudinis q̄-
buſdam/ ſed cōſolantes: ꝛ tanto ma-

gis q̄nto videritis appropinquantē
diē. Laborantē quippe ↄſolari/eſt pa
riter in labore perſiſtere: qꝛ ſubleua-
tio laboꝝ eſt viſio collaborātis: ſicut
cū in itinere comes iungit̄ via q̄dem
nō abſtrahit̄/ſed tn̄ d̄ ſocietate comi-
tis labor itineris leuigat̄. Dum itaqꝫ
Paulꝰ ↄſolantes ſe in labore q̄rere/
Heb.x. adiūxit dicēs. Tāto magis q̄nto vi-
deritis appropinquantē diē. Ac ſi di
ceret. Eo labor creſcat/ q̄ iam ip̄a p̄-
mia laboris appropinquāt.

¶ De flagellis dei. In paſtorali.capi
tulo.xxxvi. Capitulū.vi.

Heb.xij. PAtres carnis nr̄e habuimꝰ eru
ditores ꝛ reuerebamur eos: nū
multomagis obtēperabimꝰ p̄ri ſpiri
tuū ꝛ viuemꝰ? Omnes q̄s dn̄s in hoc
flagellat t̄pe:eo ſe debēt dei filios ſen
tire/ q̄ illos caſtigāt flagella diſcipli-
ne. Niſi em̄ correctis hereditatē da-
re diſponeret/eos erudire p̄ moleſti-
as nō curaret. Hinc nāqꝫ dn̄s ad Jo
Apoc.iij. annē per angelū d̄r. Ego q̄s amo ar
guo ꝛ caſtigo. Hinc rurſum ſcriptū
Heb.xij. eſt. Fili mi noli negligere diſciplinā
dn̄i:neqꝫ fatigerꝭ cū ab eo argueris.
quē enim diligit dn̄s corripit:flagel
lat aūt omnē filiū quē recipit. Hinc
Ps.xxxiij Pſalmiſta ait. Multe tribulatiōes
iuſtoꝝ. Hinc beatꝰ quoqꝫ Job in do-
Job.x. lore exclamās ait. Si iuſtꝰ fuero nō
leuabo caput/ſaturatꝰ afflictiōe ꝛ mi
ſeria. Cōſiderare etiā debemꝰ p̄ per-
cipiēdis hereditatibꝫ terrenis q̄ꝫ du-
ra carnales filios diſcipline flagella
caſtigent. Que ergo nobis diuine cor
reptionis pena grauis eſt: p̄ quam ꝛ
nūq̄ꝫ admittēda hereditas percipit̄:
Heb.xij. ꝛ ſemp̄ mā̄ſura ſupplicia vitāt̄? Hinc
etenī Paulꝰ ait. Patres q̄dem car-
nis noſtre habuimꝰ eruditores: ꝛ re-
uerebamur eos: num m̄ltomagis ob-
temperabimꝰ patri ſpirituū ꝛ viue-
mus? Et illi q̄dem in tēpore pauco-
rum dieꝝ ſm̄ voluntatē ſuā erudie-
bant nos: hic aūt ad id qd̄ vtile eſt in
recipiēdo ſanctificationē eiꝰ. Quos
ergo dn̄s flagellat/ ſollicite patientie
virtutē ſtudeant ſeruare: inceſſant̄ em̄
quāta redēptor noſter ab his q̄s cre-
auerat ꝑtulit mala debēt cōſiderare:
q̄ tot abiecta cō uitioꝝ probra ſuſti-
lia agni:ꝛ loquebat̄ ſicut draco/ꝛ po
teſtatē p̄oris beſtie ōnē faciebat i cō
ſpectu ei⁹/ꝛ fec̄ ſigna magna.vt etiā

facerent ignē de celo deſcēdere in ter/
rā in ↄſpectu hoim. Predicatores ā
tixpi ſanctitatē ſibi ſpēm arrogabūt/
ſed tñ opa iniqtatis exercebunt clari
erūt p iuſtitie ſimulationē/ſed obſcu
ri p neqtie perpetrationē. Horū igit
ſimulationis malitiā Joānes breui
deſcriptione cōphendit. Priorē qp/
pe beſtiā id eſt antixpm ſuperiori iā
deſcriptione narrauerat: poſtquam
etiam hec alia beſtia aſcēdiſſe dr. Qr
poſt eū multitudo pdicatorū illi⁹ ex
terrena poteſtate gloriat. De trā qp
pe aſcēdere eſt/terrena gloria ſupbi
re. Qui habet duo cornua agni ſimi
lia/qa p hypocriſim ſāctitatē eā quā
in ſe veraciter dñs habuit ſibi ſingu
larē ineſſe ⁊ ſapiētiā mentit ⁊ vitam.
Sʒ qa ſub agni ſpē auditoribꝫ rep/
bis ſerpentiū virus infundit/recte
illic ſubdit: ⁊ loqbat vt draco. Iſta g
beſtia .i. pdicantiū multitudo ſi apte
vt draco loqret agno ſimilis nō ap/
pareret/ſʒ aſſūpſit agni ſpēm vt dra
conis exerceat opationē. Illo tpe cō
plebit/qđ veritatē ore p euāgeliū dr.
Mar. xiij. Exurgēt pſeudo xpi ⁊ pſeudo pphe
te/⁊ dabunt ſigna magna ⁊ pdigia:
ita vt in errorē inducant ſi fieri pōt
etiā electi. Electi nāqʒ dū eorū ſigna
ↄſpiciēt: dū ↄtēnentes vitā tāta mi/
niſtrorū ātixpi miracula phorreſcēt
qđdā dubietatē nubilū in corde pa/
tient: qa dū ſe p pdigia illorū malitia
eleuat: in iſtis aliqten⁹ viſus certior
caligat. Ex pdicatorū igit antixpi ſi/
gnis ⁊ pdigiis mēdacibꝫ ad momen
tū dubietas in bonis mētibꝫ gnabit
⁊ in electorū cordibꝫ ↄſpectis terribi/
libus ſignis obſcura cogitatio ↄglo/
babit. Tūc vnaqqʒ electorū oia cogi
tationū ſuorū imper⁹ qſi ſpumas vn
darū in olla feruētiū ſuſtinebit: qs et
ignis zeli cōmouebit ⁊ ipa tēporalis
oppſſio more olle intrinſec⁹ clauſas
tenebit. Vñ cū Joannes hui⁹ beſtie
ſigna narraret adiūxit/ita vt ignē fa Ibidem.
ceret de celo deſcēdere. Ignē qppe
de celo deſcendere eſt de celeſtibus
electorū animis ſancti zeli flammas

De ſingulari virginū (emanare.
gaudio ⁊ incorruptiōe. Cap. xlv. Apo. xiiij.

Vidi ſupra ſyon agnū ſtantē: et
cū eo centū quadraginta quat
tuor milia. Et cantabāt qſi canticū
nouū: ⁊ nemo poterat dicere cāticū
niſi illa centū quadraginta quattuor
milia In paſtorali capitulo .liij.

Hoc de virginibus petm carnis
ignorantibꝫ p Joānem dr. Singula
riter qppe canticū agni cātare eſt/cū
eo in ppetuo p cunctis fidelibus etiā
de carnis icorruptiōe gaudere. Qs
tñ electi ceteri cāticū audire poſſūt
licet dicere nequeunt: quia per cari/
tatē quidem in illorum celſitudine le
ti ſunt: qui ad eorum premia non
aſſurgant. De hac incorruptione et
carnis integritate per ſemetipſam ve Mat. xix.
ritas dicit. Non omnes capiunt ver
bum hoc. Qs eo innotuit ſummum
quo denegauit omniū/⁊ dum predi/
cit quia difficile capitur/ audientibꝫ
innuit ceptum cum qua cautela te/
neatur.

De iudicio dei. Moralium libro
xxxiij. Capitulum. xlvj. Apo. xiiij.

Vidi nubem cādidam: ⁊ ſupra
nubem ſedentē ſimilē filio ho/
minis: habentē in capite ſuo coronā
aureā: ⁊ in manu ſua falcem acutam
Ptās diuini iudicij qa intra ſe oia i/
cidēdo ↄplectit/falcē appellatiōe ſigt

In falce em̄ quicq̄d inciditur/ quaq̄ uerſū flectat̄ intus cadit. Et q̄a prās ſupni iudicij nullaten⁹ euitat̄/intra ipām q̄ppe ſum⁹ q̄libet fugere conemur/recte cū vētur⁹ iudex oſtendit̄/ falcē tenere phibet̄/q̄a cū potēter ad om̄ia obuiat incidendo circū dat.

¶ De ſignificatiōe ſolis ⁊ ruina fortiū. Moralium lib. xxxiij. Ca. l. lvij.

Apo. xvj Et quartus angelus effudit fialā ſuā in ſolē: ⁊ datū eſt illi eſtu affligere hoīes ⁊ igne. Solis nomīe ſapiētiū intellect⁹ exp̄mit̄. Fialā vez in ſole effūdere eſt: pſecutiōis ſupplicia viris ſapiētie ſplendore fulgētib⁹ irrogare. Et datuz eſt illi vt eſtu afficeret hoīes ⁊ igne/ q̄a dū ſapiētes viri cruciatib⁹ victi male agēdi errore tāgunt̄: illoꝝ exēplo pſuaſi infirmi q̄ q̄z tēporalib⁹ deſiderijs inardeſcunt.

Nota. Ruine nāq̄z fortiū/augmēta preſtāt pditionibus infirmorū. Nā ſole acumē ſapientiū deſignat̄/p cōparationez q̄q̄z a ſalomone dicit̄. Sapiēs vt ſol

Eccli. xxvij pmanet. ſtultus vt luna mutatur.

¶ De termino vite nr̄e/cur nobis incognit⁹ ſit/⁊ q̄liter incautos decipit. In hom. ſup Sint lūbi vr̄i. ca. xlviij.

Apo. xvj Ecce venio ſic̄ fur. Ad excutiendā mentis nr̄e deſidiam/ ⁊ vt anim⁹ ad ſuā ſuſcitet̄ cuſtodiam/p ſimilitudinē dn̄s in euāgelio loquit̄ dicēs. Hoc aūt ſcitote q̄m ſi ſciret pat̄

Mat. xxiiij. ⁊ Lu. xij. familias q̄ hora fur ventur⁹ eſſet/ vigilaret vtiq̄z ⁊ n̄ fineret pfodi domū ſuā. Ex qua p̄miſſa ſimilitudine etiā exhortatio ſubinfert̄ cuz d̄r. Et vos eſtote parati/q̄a qua hora non putatis/filius hominis veniet. Neſciente em̄ patrefamilias fur domū pfodit: q̄a dū a ſui cuſtodia ſp̄us dormit/im puiſa mors veniēs nr̄e carnis habitaculū irrūpit/⁊ eū quē dn̄m dom⁹ inuenerit dormientē necat/ q̄a cū ventura dāna ſp̄us minime p̄uidet hūc mors ad ſuppliciuz neſciētem rapit. Furi aūt reſiſteret ſi vigilaret: q̄a aduentū iudicis q̄ occulte animā rapit p̄cauens ei penitendo occurreret ne impenitēs piret. Horam ꝟo vltimā dn̄s nr̄ idcirco nobis voluit eſſe incognitā. vt ſemp poſſit eſſe ſuſpecta: vt dū illā p̄uidere nō poſſum⁹ ad illā ſine intermiſſione p̄paremur. Quia ḡ ⁊ vēture mortꝫ temp⁹ ignoram⁹: ⁊ poſt mortē opari nō poſſum⁹/ſupeſt vt an̄ mortē tempora indulta rapiamus: Sic em̄ ſic mors ipa cū venerit vincit̄/ſi priuſq̄z veniat ſemp ti

¶ De ſollicita vite nr̄e cuſto (meat̄. dia. In homelia ſup euāgeliū Sint lumbi veſtri p̄cincti. Ca. xlix. Apo. xvj.

Beatus q̄ vigilat. Vigilat q̄ ad aſpectum veri luminis mentis oculos aptos tenet. Vigilat q̄ ſeruat operando q̄d credit. Vigilat q̄ a ſe torporis ⁊ negligētie tenebras repellit. Hinc etenim Paul⁹ dicit. Euigila j. Cor. xv te iuſti/⁊ nolite peccare. Hic rurſus ait. Hora eſt iā nos de ſōno ſurgere: Ro. xiij. Moralium lib. xij. ⁊ xvj. Cap. l.

Et cuſtodit veſtimenta ſua ne nud⁹ ambulet. Sicut corpus cooperiūt veſtimēta/ſic animam bona ptegūt opa. Veſtē innocētie pri m⁹ hō hn̄ ꝯdit⁹ accepit: male ſuaſus a ſerpēte pdidit: Et q̄a ꝯceſſa prius i paradiſo veſte innocētie nudamur cōtra hāc nuditatē dicit̄. Beat⁹ qui cuſtodit veſtimēta ſua: ne nud⁹ ambulet. Veſtimēta q̄ppe cuſtodimus cū innocētie p̄cepta ſeruam⁹ in mente/vt cū nos iudicij culpa nudat ad amiſſā redeūtes innocētiā penitētie.

operiat.

Moralium libro. iij. Cap. lj.

Apo. 3. ET videat turpitudinē ei⁹. Tur
pitudo noſtra tūc cernit̄/cū vi
ta reꝓbenſibilis an̄ iuſtoꝝ oculos
in iudicio nequaq̄ ſubſequēt̄ boni
operis tegmine velat̄. Apud deum
eni nr̄a nos opa q̄ſi veſtimēta tegūt.

De ordine eterni ſupplicij. Mo
ralium libro. ix. Cap. lij.

apo. xviij QVantū glorificauit ſe babylō:
⁊ in delicijs fuit/tantū date illi
tormentū. Nequaq̄ omnipotēs de⁹
q̄ mala bn̄ punit inordinata eſſe vllo
modo vel tormēta ꝑmittit: q̄niam ip
ſa q̄q̄ ſupplicia q̄ ex lāce iuſtitie pro
deūt inferri ſine ordine nequaq̄ poſ
ſūt. Quomō namq̄ in ſupplicijs or
do nō erit dū dānatum quēq̄ iuxta
moduz criminis ⁊ retributio ſequet̄
vltionis/ſicut ſupra dictuz eſt in dā
natiōe babylonis: Si igit̄ iuxta mo
dū culpe pena diſtinguit̄/conſtat ni
mirꝫ q̄ in ſupplicijs ordo ſeruat̄.

De refectione eterni conuiuij. In
homelia ſuper euangelium. Mani
feſtauit ſe Jeſus. ⁊ ſuꝑ euangelium.
Homo quidā fecit cenā magnaz. et
ſuper euangeliū Simile eſt regnum
celorum homini q̄ fecit nuptias filio
ſuo. Capitulum. liij.

Apo. xix. BEati q̄ ad cenaz nuptiaꝝ agni
vocati ſūt. Per hāc cenam nu
ptiaꝝ agni eternum ⁊ vltimuz cōui
uiū deſignat̄ ad quod q̄ſq̄s ſemel in
trauerit/vlterius nō exibit. Idcirco
aūt hoc vltimū cōuiuiū dei nō pran
dium/ſed cena vocat̄/quia poſt pran
diū cena poſt cenā vero cōuiuiū nul
lū reſtat. Et q̄a eternū dei cōuiuiuz
nobis in extremo preparabit̄ rectuz
fuit vt hoc nō prandiū/ſed cena voca
retur. Idcirco ergo Joānes non ad
prandiū/ſꝫ ad cenā vocatos narrat/
q̄a nimirꝫ in fine diei conuiuiū cena
eſt. Qui ergo finito p̄ſentis vite tp̄e
ad refectionē ſuꝑne contemplatiōis
veniūt nō ad agni prandiū: ſed ad ce
nā vocant̄. Illo igit̄ vltimo cōuiuio
de p̄ſētia vitatis epulabant̄/q̄ nūc ꝑ
fectiouis ſtudio terrena tranſcēdūt
q̄s mūdi huius amor non ligat/qui
bꝫ ⁊ ſi vtcūq̄ ꝑ temptamenta obſtre
pit/cepta tn̄ eoꝝ deſideria nō retūdit
Illos tūc interna refectio reparabit
q̄ nūc pleni ſeptiformi gr̄a in amore
ſpūs anhelāt: Huius ḡ fratres ſpū
repleri p̄ſentia deſiderem⁹/q̄a ſi hoc
ſpū pleni fuerim⁹: ad illud cōuiuiuz
ꝑuenire valebim⁹. Quiſq̄s nāq̄ ille
eſt quē nūc ſpūs ſctūs nō reparat/ꝑ
fecto ab illa et̄ni ꝯuiuij refectiōe/ieiu

De exercitu ſanctoꝝ mar (nat.
tyꝝ. Moralium libro. xxij. Ca. liiij.

ET vidi celū aptum/⁊ ecce equ⁹
albus/⁊ q̄ ſedebat ſuꝑ eum vo Apoc. xix
cabatur fidelis ⁊ verax. Et veſtitus
erat veſtem aſperſā ſāguine/⁊ voca
bat̄ nomē ei⁹ verbū dei. Et exercit⁹
q̄ ſunt in celo ſequebant̄ eū in equis
albis. Multitudinē ſanctoꝝ que in
hoc martyrij bello ſudauerat/exerci
tuz recte vocat. Qui idcirco in eq̄s
albis ſedere referunt̄: q̄a nimirꝫ eoꝝ
corpora ⁊ luce iuſtitie ⁊ caſtimōie cā
dore claruerūt. Equus q̄ppe eſt vni
cuiq̄ anime corpus ſuū/qđ videlicꝫ
nouit ab illicitis cōtinentie freno re
ſtringere/⁊ rurſū caritatis impulſu
in exercitatione boni oꝑis relaxare.

Ex per incarnationez ſuam Xp̄s
mundo innotuit. In homelia prima
ſecūde partis ſuꝑ Ezech. Cap. lv.

ET habebat in veſtimento ſuo/
⁊ in femore ſcriptuz. Rex regū
⁊ dn̄s dominantiū. Veſtimētū dn̄i

Jeſu xpi eſt corpus qđ ſūpſit ex vgi-
ne/nec tñ aliud eius veſtimētū eſt:at
q3 aliud ipſe. Nā nrm q̄q3 veſtimētu3
caro đr/ſed tñ ipi nos noſtra ſumus
caro qua veſtimur. Hoc autē veſti
mentū illi⁹ lōge añ Eſaias aſpiciēs
per crucē paſſiōis ſāguine cruētatū/
Eſa.lxi.ij. dixit. Quare rubrū eſt indumētum
tuū/ꝛ veſtimēta tua quaſi calcātium
in torculari: Per femur vo ꝓpaga-
tio carnis eſt. Quia ḡ p propagatio
nē generis humani. ſicut generatio-
nū ordines Mattheo vl' luca narrā
tibꝫ deſcribunt in hoc mūdo venit ex
virgine ꝛ p incarnationis ſue myſte-
riū:q̄a rex eſſet ꝛ dñs cunctis vbiq3
gētibus indicauit:in veſtimento et
in femore ſcriptū habuit. Rex regu3
ꝛ dñs dominantiū. Vñ em̄ in mūdo
innotuit ibi de ſe/lectionis ſcientiam
infixit.

De damnatione diaboli. Mora-
lium libro quarto ꝛ.xviij.ꝛ.xxxij.ꝛ x
xxiij. Capitulum.lvj.

Apo .xx. Vidi angelū deſcendētem de ce
lo habentē clauē abyſſi ꝛ cathe
nā magnā in manu ſua ꝛ apphēdit
draconē ſerpentē antiquū/q̄ eſt dia-
bolus ꝛ ſathanas ꝛ ligauit eū per an
nos mille ꝛ miſit in abyſſum/ꝛ clau-
ſit ꝛ ſignauit ſup illu3. vt nō ſeducat
ampli⁹ gētes/donec cōſumenť mille
anni/ꝛ poſt hec opt3 illū ſolui modi-
co tpe. Antiqu⁹ hoſtis ꝛ draco ꝛ ſer-
pens vocať. Draco diciť/q̄a nos ad
nocēdi maliciam inflāmat/ꝛ malicio
ſe nobis nocere appetit. Serpēs đr/
q̄a ſemper inſidias molliter infundit
Abyſſum vo corda hoim vocat:q̄ et
p lapſū fluida:ꝛ p duplicitatē ſūt ca-
liginē tn̄broſa. Antiqu⁹ itaq3 ſerpēs
cathena ligat⁹ in abyſſum mittiť:q̄a
religat⁹ a bonoꝝ cordibꝫ apud repꝛ̄
boꝝ mētes recluſus eis atroci⁹ dñā
tur:ꝛ potētia diue diſpēſatiōis aſtri
giť ne inq̄ntū nocere volet effrenetur
vt q̄ruis p eos occulte ſeuiat ad vio-
lētas tñ rapinas ſupbie non erūpat.
Jlle igiť apoſtata angel⁹ q̄ ita cōdit⁹
fuerat vt angeloꝝ ceteris legionibꝫ
emineret ita ſupbiēdo ſuccubuit/vt
nūc ſtantiū angeloꝝ ditioni ſubſtra
t⁹ ſit/q̄tin⁹ vel nūc ad vtilitatē nrām
eis miniſtrātibꝫ religat⁹ lateat:vl' p⁹
ad ꝓbationem nrām eis relaxantibꝫ
totis ſe ſuis ↄtra nos viribꝫ ſolutus
exerceat. Electi itaq3 angeloꝝ ſpūs
ſupbū apoſtatā nūc in abyſſi puteu3
clauſū ↄp̄mūt/q̄ hūiles hūc ſeq̄ nolu
erūt/ipſiſq3 adminiſtrātibꝫ diſponiť/
vt intentione3 apti certaminis q̄nq3
deſtruēdus funditꝰ reuoceť.

De morte ꝛ reſurrectione anime.
Moraliū libro.xiiij. Capitulu3.lvij. Apoc.xx
Beatus ꝛ ſctūs q̄ hab3 partem
in reſurrectione prima. Mors
pctm̄ eſt/qđ ab interiore vita animā
occidit Jlle itaq3 poſt in carne feliciť
reſurgit q̄ in hac vita politus a men
tis ſue ſurrexerit morte.

De ſignificatiōe millenarij nume
ri. Moraliū libro.ix. Capitulū.lviij. Ubi.s.
Et in his ſcđa mors non habet
ptātē3 ſ3 erūt ſacerdotes dei et
xpi/ꝛ regnabūt cū eo mille ānis. Jn
ſcriptura ſacra millenari⁹ nūerus p
vniuerſitate ſolet intelligi. Hinc ete- ps.ciiij.
ni3 pſalmiſta ait. Uerbi qđ mādauit
in mille gñationes:cū ꝓfecto conſtet
q̄ ab ipo mūdi exordio vſq3 ad redē
ptoris aduentū p euāgeliſtā non am
pli⁹ q̄3 ſeptuaginta ꝛ ſeptē ꝓgenies
numerenť. Quid igiť in millenario
nūero niſi ad ꝓferendū nouā ſobole3

pfecta vniuerſitas pſcite gnãtiõis ex
pmif. Hinc ꝗ p Joãnez dr/ ꝛ regna-
bũt cũ eo mille annis/ q̃a vcꝫ regnuꝫ
ſacte eccl'ie vniuerſitatꝫ pfectiõe ſoli-
De apta dyaboli malicia in dat.
tpe antixpi. Mora. xviij. xix. ꝛ. xxxij.

Capitulum. lix.

Apoc. xx Et poſtq̃ꝫ cõſumati fuerint mil
le anni ſoluef ſathanas de car-
cere ſuo/ et exibit et ſeducet gentes.
Millenario nũero nõ q̃ttitatẽ tẽpo-
ris/ ſꝫ vniuerſitatẽ qua regnat eccl'ia
deſignauit/ ꝛ ipo nũero vniuerſuꝫ p
pfectiõe ſua hoc q̃ttũlibet ſit ſctẽ ec-
cleſie tps expreſſit. Quo pacto dra-
co de puteo abyſſi educef/ q̃a dyabo-
lica malicia q̃ in iniquoꝛuꝫ ſubdolis
occultaf coꝛdibꝫ tũc reuelabif: ꝛ qꝺ
modo pre timoꝛe tegif tũc cõtra ec-
cleſiã publice de iniquoꝝ oꝛe oẽ ſer-
pentinũ virꝰ aperief. Nũc em̃ abſcõ-
dit ſe ſub blãdiẽte lingua ſeuiẽs con
ſcia/ ꝛ malicia calliditatis q̃ſi q̃dã ſe
tegit abyſſo ſimulatiõis. In fine vo
mũdi antiquꝰ hoſtis vas ꝓpriũ illuꝫ
pditũ hoiem ingredief/ q̃ ſpãliter ã-
tixps nũcupef/ q̃ mẽſuras hoim trã
ſcẽdẽs mõ honoꝛis ſclaris culmine:
mõ ſignis ꝛ pdigijs ficte ſãctitatꝫ in
tumoꝛe potẽtie eleuari permittetur
Spũs em̃ in illo erit/ q̃ in ſublimibꝫ
cõditꝰ potẽtiaꝫ nature ſue nõ pdidit
vl' deiectꝰ. Cuiꝰ vtꝰ idcirco nũc mi-
nime oñdif. q̃a diſpẽſatiõe diuie foꝛ-
titudinis a bonoꝝ coꝛdibꝫ religaf/ ꝛ
ab electꝫ angeloꝝ ſpiritibꝫ nũc in ab
yſſi puteo ideſt in repboꝝ mẽtibꝫ re-
cluſus pmif. Tẽpoꝛe vo antixpi de
abyſſi puteo ideſt de iniquoꝝ coꝛdi-
bus nũc occulte ſeuiẽtibꝫ educꝰ pro
cedet/ ꝛ tũc accepta poteſtate contra
eccl'iam in vim apte pſecutiõis erũ-
pet: ſicut p ſemetipſam veritas dicit. Matth. xxiiij.
Erit tũc tribulatio magna q̃lis non
fuit ab initio mũdi vſq̃ꝫ mõ neq̃ꝫ fiet.
Tunc em̃ antiquꝰ hoſtis ſuis viribꝫ
traditꝰ pauco q̃dẽ in tpe ſꝫ in multa
ꝯ nos laxabif vtute: ſicut ſup̃ dictuꝫ
eſt: pꝰ hec optꝫ illũ ſolui modico tpe
Quẽ q̃ttuis ſeuicia ad crudelitatẽ di
latet/ ſupna tñ mĩa breuitate dieruꝫ
anguſtabit ſicut ipſa vitas ait. Niſi Ibidem.
breuiati fuiſſẽt dies illi/ nõ fieret ſal
ua ois caro. Qr em̃ ꝛ ſupbos nos ꝛ
infirmos dñs cõſpicit dies q̃s ſingu
lariter malos intulit/ miſericoꝛditer
breuiatos dicit. pfecto vt ꝛ ſupbiam
terreat de temporis aduerſitate/ ꝛ in
firmitatẽ refoueat de breuitate.

Moralium lib. xxix. ꝛ. xxxij.

Supba itaq̃ꝫ ãtixpi celſitudo ſup
repbas mẽtes hoim faſtu gl'ie ſingu
laris erigef/ ita vt hõ pctõr ꝛ tñ hõ ꝯ
ſpiciẽs eſtimari deũ ſe ſup hoies mẽ
tiaf/ vñ Paulꝰ apoſtolꝰ dic. Ita vt i ij. Theſ. ij.
templo dei ſedeat/ oñdẽs ſe tanq̃ꝫ ſit
deꝰ. Sꝫ hec eiꝰ ſupbia diſtricti iudi
cis erit aduẽtu feriẽda/ ſicut ſcriptũ
eſt. Quem dñs Jeſus interficiet ſpũ j. Theſ. ij.
oris ſui/ ꝛ deſtruet illuſtratiõe aduẽ-
tꝰ ſui. De hoc q̃q̃ꝫ pdito homine per
Danielẽ dr. Cõtra pncipẽ principuꝫ
ꝯſurget: ꝛ ſine manu contererf. Sine Dañ. viij.
manu. ſ. cõteref/ q̃a nõ angeloꝝ bello
nõ ſãctoꝝ certamine/ ſed per aduen-
tum iudicis ſolo oris ſpiritu eterna
morte ferief. Joannes quoq̃ꝫ in hac
reuelatiõe ſua ſubſequitur dicens.
Et deſcendit ignis a deo de celo: et Apoc. xx.
deuoꝛauit eos/ antixpm videlicet et
eius miniſtros ꝛ predicatoꝛes.

Q aperte videbitur ab electis
diabolus in die iudicij. Moralium
libro. xxxij.

Capitulum. lx.

Ubi.ſ. ET diabol⁹ q̄ ſeducebat eos miſ
ſus eſt in ſtagnū ignis ꝛ ſulphu
ris: vbi ꝛ beſtia ꝛ pſeudo prophete: ꝛ
cruciabunt̄ die ac nocte in ſecl'a ſecu
loꝝ amē. Eterno q̄ppe iudice terribi
liter apparēte aſtātibꝰ legionibꝰ an-
geloꝝ aſſiſtēte cūcto miſterio celeſtiū
poteſtatū: ꝛ electꝭ oībꝰ ad h̄ ſpectacu
luꝫ deductꝭ: iſta belua crudelis ꝛ for-
tis in mediū captiua deducet̄: ꝛ cum
ſuo corp̄e .i. cū reprobis oībꝰ et̄ne ge
Matth. xxv. henne incēdijs mācipabit̄ cū dicet̄:
Diſcedite a me maledicti in ignē eter
nū: q̄ parat⁹ eſt diabolo ꝛ angelis ei⁹.
O q̄le erit illō ſpectaculū q̄n hec im
maniſſima belua electoꝝ ocl'is oſten
det̄: q̄ h̄ belli tēp̄e nimis illos terrere
potuerat ſi videret̄. Sꝫ occl'to ac mi
ro dei ꝯſilio agit̄: vt ꝛ nūc p̄ ei⁹ grām
a pugnātibꝰ nō viſa vincat̄: ꝛ tunc a
letꝭ victoribꝰ iā captiua videat̄. Tūc
aūt iuſti diuino adiutorio q̄ātū debi-
tores ſunt/ pleni⁹ recognoſcūt q̄n tā
fortē beſtiā viderint quā nūc infirmi
vicerūt: ꝛ in hoſtis ſui immanitate cō-
ſpiciūt q̄ātum debeāt grē defenſoris
ſui. redeūt em̄ de h̄ p̄lio tunc milites
nr̄i virtutū trophea referētes: ꝛ rece
ptis corp̄ibꝰ cū iam in illo iudicio re-
gni celeſtis introitū ſortiunt̄ p̄us im
maniſſimas vires hui⁹ antiq̄ ſerpen
tis aſpiciūt ne vile eſtimēt qđ euaſerīt.
Uiſa v̄o mors ei⁹ tūc gaudiū exhi-
bet: cui⁹ tolerata vita nūc iuſtis q̄ti-
die in cruciatibꝰ bellū mouet.

¶ Q, vita iuſtoꝝ q̄ſi liber ꝛ ſpeculū ſit aīaꝝ. Moraliū lib. xxiiij. Ca. lxi.

Apo. xx. ET vidi thronū magnū cādidū
ꝛ ſedentē ſup̄ eū: a cui⁹ ꝯſpectu
fugit terra ꝛ celuꝫ. Et vidi mortuos
magnos ꝛ puſillos ſtātes in ꝯſpectu
throni/ ꝛ libri ap̄ti ſunt. Et alius li-
ber apertus eſt qui eſt vite: ꝛ iudica
ti ſunt mortui ex his que ſcp̄ta erant
in libris ſc̄m op̄a ipoꝝ. Iuſtoꝝ debet
vitā cōſpicere/ qui ſuam vult ſubtilit̄
dep̄hendere. Quia lectio eſt vita bo-
noꝝ. Unū nō īmerito. Hi ideꝫ iuſti in
ſacro eloquio libri nominant̄/ ſicut a Ubi.ſ.
Joāne dr̄. Libri ap̄ti ſunt: ꝛ ali⁹ liber
ap̄tus eſt/ q̄ eſt vite. Liber nāq̄ vite
eſt ipſa viſio iudicis aduenietis: in q̄
quaſi ſcp̄tū eſt/ om̄e mādatū: q2 quiſ-
quis eū viderit/ mox teſte ꝯſcientia:
quicq̄d nō fecit intelligit. Libri etiaꝫ
ap̄ti referunt̄: q2 iuſtoꝝ tūc vita con
ſpicit̄: in quibꝰ mandata celeſtia op̄e
ſic exp̄ſſa cernunt̄. Et iudicati ſunt
mortui ex his q̄ ſcp̄ta erant in libris:
q̄m in oſtēſa vita iuſtoꝝ q̄ſi in expan
ſione libroꝝ: legūt bonū qđ agere ipi
noluerūt/ atq; damnant̄ ex compara
tione eoꝝ qui fecerūt. Ne ergo vnuſ-
quiſq; tūc vidēs eos qđ nō fecit de-
fleat/ nūc in eis qđ imitet̄ attēdat. Il-
loꝝ videlicꝫ ſpēs quaſi q̄dam forma
nobis imitāda p̄ponit̄. Qui em̄ ple-
niſſime intelligere appetit q̄lis eſt: ta
les nimirꝫ debet ꝯſpicere q̄lis nō eſt:
vt ex bonoꝝ forma metiat̄: q̄ātū ipſe
deſerto bono deformis ē. Ex his q̄p
pe q̄bꝰ pleniſſime bona aſſunt p̄pen-
dūt recte q̄ ſibi min⁹ ſūt: ꝛ in illorum
pulchritudīe ꝯſpicit feditatē ſuā quā
in ſe ipo p̄peti p̄t/ ꝛ ſentire nō poteſt.

¶ De renouatiōe celi ꝛ terre q̄lit̄ fieri debeat. Moral'. lib. xvij. Ca. lxij.

ET vidi celū nouū ꝛ terram no- Apo. xxi.
uam: p̄mū ēm celū ꝛ p̄ma ter-
ra abijt. Queri pōt cū per Salomo-
nem dr̄. Generatio p̄terit ꝛ genera- Eccles. i.
tio aduenit: terra v̄o ineternū ſtat cū
beat? Joānes celū ꝛ terrā abijſſe aſſe-
rat. Quod tā facile diſcutim⁹: ſi ter-

ra ꝛ celũ vel qualit̃ trãſeat/vel quali-
ter maneat diſtinguamus. Utraqꝫ
nãqꝫ hec per eã quã nunc hñt imagi
nem trãſeunt: ſed tñ per eſſentiã ſine
fine ſubſiſtũt. Hinc nanqꝫ ꝑ Paulũ
j.Co.vij dr̃. Preterit eñ figura huiꝰ mũdi.
Hinc per ſemetipam veritas dt̃. Celũ
Luc.xxi. ꝛ terra tranſibũt/ vba autẽ mea non
trãſient. Hinc ad Joannẽ angelica
Apo.xxi. voce dr̃. Erit celum nouũ ꝛ terra no
ua. Que q̃dem nõ alia ꝯdenda ſunt:
ſed hec ipa renouant̃. Celũ igitur ꝛ
terra ꝛ tranſit ꝛ erit; q̃nĩã ab ea quaꝫ
nũc habet ſpecie/per ignẽ tergitur: ꝛ
tñ in ſua ſemꝑ natura ſeruat̃. Unde
Ps.ci. per pſalmiſtã dr̃. Mutabis ea ꝛ mu
tabunt̃. Quã quidẽ vltimã cõmuta-
tionẽ ſuã ipſis nobis tũc viciſſitudi-
nibꝫ nũciant: quibꝫ noſtrĩ vſibꝫ inde-
ſinẽter alternãt: Nã terra a ſua ſpecie
hyemali ariditate deficit/ hũoꝛe ver-
nali viridеſcit. Celũ quotidie caligi-
ne noctis obducit̃/ ꝛ diurna clarita-
te renouat̃. Hinc ergo hinc fidelis
quiſqꝫ colligat ꝛ interire hec: ꝛ tñ per
renouationẽ refici: que cõſtat nũc aſ-
ſidue velut ex defectu reparari.

¶ De ſumma claritate atqꝫ ſcientia ſanctoꝛum in eterna beatitudine habenda. Capitulum.lxiij.

Apo.xxi. Et venit vnus de ſeptẽ angelis
ꝛ ſuſtulit me in ſpiritu in mon-
tem magnũ ꝛ altũ. ꝛ oſtendit mihi ci
uitatẽ ſanctã hierlm̃ deſcendentẽ de
celo habentẽ claritatẽ dei: ꝛ habebat
murũ magnũ ꝛ altũ habens portas
duodecim. Et erat ſtructura muri
eius ex lapide iaſpide: ipa vo ciuitas
aurũ mundũ ſilẽ vitro mundo.

¶ Moꝛalium libꝛo.xviij. c.xxxiij.

¶ Appellatiõe auri in ſacro eloquio
aliquñ ſplẽdoꝛ ſuperne ciuitatis acci-
pit̃. Aurũ nanqꝫ ex q̃ ciuitas illa con
ſtat ſimile vitro dr̃: vt per aurũ clara:
ꝛ per vitrũ perſpicua deſignet̃. Au-
ri q̃ppe metallũ nouimꝰ potioꝛi me-
tallo oĩbus claritate fulgere. Uitri
vero natura eſt: vt extrinſecꝰ viſu pu
ra/intrinſecꝰ perſpicuitate perluceat.
In alio metallo quicq̃d intrinſecꝰ cõ
tinetur abſcondit̃: in vitro vo q̃libet
liquoꝛ qualis ꝯtinet̃ interiꝰ/ talis ex-
terius demonſtrat̃: ꝛ (vt ita dixerim)
omnis liquoꝛ in vaſculo vitreo clarꝰ
patet. Quid igit̃ aliud in auro vl̃ vi-
tro accipimꝰ/niſi illã ſupnam patriã/
illaꝫ beatoꝝ ciuiũ ſocietatẽ: quoꝛum
coꝛda ſibi inuicẽ ꝛ claritate fulgent/
ꝛ puritate trãſlucent: Quia eñ om-
nes ſancti in eterna beatitudĩe ſum-
ma claritate fulgebunt/inſtructa au
ro dicit̃. Et quoniã ipa coꝝ claritas
ſibi viciſſim in alternis coꝛdibꝫ patꝫ:
ꝛ cũ vniuſcuiuſqꝫ vultus attẽditur/
ſimul ꝛ cõſcientia penetrat̃: hoc ipm
aurũ ſimile vitro mundo eſſe memo
ratur. Ibi quippe vniuſcuiuſqꝫ men
tem ab alteriꝰ oculis membroꝝ coꝛ-
pulentia non abſcondet/ ſed patebit.
Animꝰ patebit coꝛpoꝛalibꝫ ocul̃: ipa
etiam armonia coꝛpis. Sicqꝫ vnuſ-
quiſqꝫ tunc erit ꝯſpicabilis alteri/ ſi-
cut nũc nõ poteſt eſſe ꝯſpicabilis ſibi
Nunc aũt coꝛda noſtra q̃diu in hac
vita ſumꝰ: quia ab altero in alterum
videri nõ poſſunt nõ intra vitrea/ſed
intra lutea vaſcula cõcludunt̃. Cui
ſcilicꝫ luto per paſſionẽ mentis inhe-
rere ꝓpheta foꝛmidabat cum diceret.
Eripe me ð luto vt nõ inhereã. Qð ps.lxviij
nimirum habitaculũ coꝛpoꝛeũ Pau
lus domuꝫ terreſtrẽ nominat dicẽs.
Scimus qꝛ ſi terreſtris domus no-
ſtra huiꝰ habitatõis diſſoluat̃: ꝙ edi-

ficationē ex deo habem⁹ domū non
manu factā eternā in celis. In hac
itaqꝫ terreſtri domo et corruptibili
carne quouſqꝫ viuim⁹: ip̄m (vt ita di
cam) corruptiōis noſtre parietē men
tis oculo nullaten⁹ penetram⁹: ⁊ vi
ciſſim cogitatiōes nr̄as ⁊ occulta in
alterutrū videre nō poſſum⁹. Unde
rurſum per eundē Paulum dicit.
j. Cor. ij. Quis ſcit hominū q̄ ſunt hominis/ ni
ſi ſp̄us hominis q̄ in ip̄o eſt? Et rur
j. Co. iiij. ſum. Nolite ante tp̄s iudicare donec
veniat dn̄s: qui ⁊ illuminabit abſcō
dita tenebrarū: ⁊ manifeſtabit cōſilia
cordiū. Illa itaqꝫ ciuitas in qua oēs
ſancti tāta claritate fulgēt/ tāta per
ſpicuitate trāſlucēt: que ſua viciſſim
corda manifeſtat ſingulis/ ex auro di
citur ſimili vitro mūdo: vt deſignet
auro clara vitro perſpicua.

¶ Q, humilitas hominum nature
quandoqꝫ adequabit angelorū. In
homelia ſecūda ſecūde partis ſuper
Ezechielem. Capitulum. lxiiij.

LOngitudo ⁊ latitudo ⁊ altitu
do ciuitatis eq̄lia ſunt. Et men
ſus eſt angel⁹ muros eius menſura
hois q̄ eſt angeli. Nā ciuitas ſctā hie
ruſalē quā inhabitat de⁹ ex angelica
ſimul ⁊ hūana natura pficitur ꝑ h̄ ꝙ
angelica creatura ſurſū eſt: ⁊ huma
na adhuc deorſum p̄ot ꝑ latitudinē
⁊ altitudinē ciuitatis hec vtraqꝫ cre
atura ſignari: qm̄ iſta adhuc in imis
degit: illa vero in ſublimib⁹ ꝑmanet.
Sed latitudo ⁊ altitudo eq̄lia ſunt:
qm̄ humilitas hominū ad equalita
tem quoqꝫ perducet angelorū. Unde
Matth. ſcriptū eſt. Non nubēt neqꝫ nubent:
xxij. ſed erūt ſicut angeli dei in celo. Uñ
Apo. xxi. etiam per Joannē dr̄. Menſura ho
minis q̄ eſt angeli; qa vſqꝫ ad illā al
titudinē glorie homo ꝑducit: in quā
ſe ſolidatos angeli letant. Latitudo
ergo ciuitatis tāta eſt quāta ⁊ altitu
do: quoniā electi quiqꝫ qui modo la
borant in imis/ qn̄qꝫ nō erunt ineq̄
les illis ſpiritib⁹ beatiſſimis.

¶ Quare angeli poſt incarnationē
ab hominib⁹ nolūt adorari. Mora
lium lib. xxvij Capitulum. lxv.

ET ego Joānes qui audiui ⁊ vi
di hec/ poſtqꝫ audiſſem ⁊ vidiſ Apo. xix
ſem/ cecidi ad pedes angeli qui mihi
hec oſtēdebat vt adorarē: ⁊ dixit mi
hi. Uide ne feceris: cōſeruus tu⁹ ſum
et fratrū tuorū ꝓphetarū: ⁊ eorū qui ſer
uant v̄ba libri hui⁹/ deū adora. An
te incarnationē dn̄i in teſtamēto ve
teri adoraſſe homo angelū legit: nec
tn̄ adorare ꝓhibet: ſed poſt mediato
ris aduētū cū ſe Joānes adorando
angelo ꝓſtrauiſſet ꝓhibet. Quid eſt
hoc ꝙ p̄us equanimit concedebant
adorari/ poſt ab hoīe angeli recuſant
niſi ꝙ p̄us hoīē carnalib⁹ corrupti
onib⁹ deditū/ nec ab eiſdē carnalib⁹
corruptionib⁹ redēptū quo abiectio
rem nouerāt iuſti⁹ ꝯtēnebāt? Poſt
modum v̄o humanā naturā eo iam
ſubſtratā h̄re nō poterāt: quo hāc in
auctore ſuo etiā ſup ſemetipſos du
ctam videbāt. Neqꝫ em̄ debebat iam
in mēbris ſubiecta deſpici: q̄ in ipſo
membrorum capite meruit prelata
venerari.

¶ De reuelatione myſteriorū ſcriptu
re ſacre. Et d̄ Enoch ⁊ Helia. Mo
ralium lib. ix. Capitulū. xvi.

ET dixit mihi. Ne ſignaueris ver Apocal.
ba ꝓphetie libri hui⁹: tēpus em̄ xxij.
ꝓpe ē. Uergēte mūdi fine ſuperna ſcie
tia ꝓficit: ⁊ cū tēpe largius excreſcit.
Hinc nanqꝫ ꝑ Danielē dr̄. Pertrāſi

būt plurimi: ꝛ mľtiplex erit ſcientia.
Dan. xij. Hinc Joanni in p̄ori p̄te reuelatiōis
angel⁹ dr̄. Signa q̄ locuta ſūt ſeptē
Apoc. x. tonitrua. Cui tn̄ in eiuſdē reuelatio-
nis termino p̄cepit dicēs. Ne ſigna-
Ibidem. ueris vba ꝓphetie hui⁹. Pars q̄ppe
xxij. reuelationis anterior ſignari p̄cipit/
termin⁹ ꝓhibet: q2 q̄cq̄d in ſctē eccl'ie
initijs latuit/ finis quotidie oſtēdit.
Signare aūt dr̄ q̄ſi ſignacl'o claude-
Job. ix. re. Vn̄ p̄ beatū Job dr̄ de dn̄o q̄ ſtel-
las claudit q̄ſi ſub ſignaculo. Sicut
celoꝝ vl' nubiū noīe celeſtis vita p̄di
cantiū ſignat̄ q̄ ſup̄ arentē terrā hu-
mani pectoris ſctē p̄dicatōis imbres
fundūt: de q̄bꝫ per pſalmiſtā dr̄. Celi
ps. xviij. enarrāt gl'iam dei: ſic ſtellaꝝ clarita-
te etiā ipſi p̄dicatores figurant̄: quia
dū recta petōribꝫ p̄dicant/ tenebras
noſtre noctis illuſtrāt. Vn̄ ꝛ ſubtra-
Hier. iij. ctis p̄dicatoribꝫ per ꝓphetā dr̄. Pro-
hibite ſūt ſtille pluuiaꝝ. Si aūt p̄di-
cationis ſmo pluuia nō eſſꝫ/ Moy-
ſes minime dixiſſꝫ. Expectet̄ ſicut plu-
uia eloquiū meū: ꝛ nequaq̄ꝫ p̄ Eſaiā
veritas diceret. Mādabo nubibꝫ ne
pluant ſup̄ eaꝫ imbrē. Dn̄s ḡ q̄ſi ſub
ſignaculo ſtellas claudit: q2 duꝫ p̄di-
catores ſuos p̄ ſilentiuꝫ intra ſemet-
ip̄os retinet cecis iniquoꝝ ſenſibꝫ ce-
leſte lumē abſcōdit. Pēſandū vo eſt
q2 idcirco aliquid ſub ſigillo claudi-
mus: vt hoc cū tp̄us cōgruit/ ad me-
dium ꝓferamus. Hinc eſt q̄ duo illi
eximij p̄dicatores Enoch ꝛ Helyas
dilata morte ſubtracti ſunt: vt ad p̄-
dicationis vſum in fine reuocent̄: de
quibꝫ p̄ Joannē dr̄. Et dabo duob⁹
Apoc. xi. teſtibꝫ meis: ꝛ ꝓphetabūt diebꝫ mille
ducētis ſexaginta amicti ſaccis. Hi
ſunt due oliue ꝛ duo cādelabra in cō
ſpectu dn̄i terre ſtantes. Hi hn̄t po-
teſtatem claudēdi celū: ne pluat die-
bus ꝓphetie ipſorum. Quoꝝ vnum
in euangelio p̄ ſemetip̄am vitas pol
licetur dicēs. Helyas venturus eſt/ et
reſtituet om̄ia.

Moralium libro. xx.

Nam etſi ad celū raptus helyas eſſe
ꝓhibet̄/ mortē tamē diſtulit nō eua-
ſit. Veniet autē reſtitur⁹ om̄ia: quo-
niam ad hoc nimiꝫ huic mūdo reſti
tuetur: vt ꝛ munera p̄dicationis im-
pleat/ ꝛ carnis debitū ſoluat: ſicut de
ambobꝫ. ideſt de Enoch ꝛ Helya Jo
annes ſubdidit dicēs. Et cū finierit
teſtimoniū ſuū: beſtia que aſcēdet de
abyſſo faciet aduerſus illos belluꝫ: ꝛ
vincet illos/ et occidit illos. Enoch
igit̄ ꝛ Helyas q̄ſi ſub ſignacl'o ſtelle
clauſe ſi̇t: q̄ ꝛ nūc occl'tāt̄ ne ap̄peant:
ꝛ poſt vt ꝓdeſſe valeāt apparebūt.

De his q̄ de malo in peius cadūt.
Moral. lib. xxv Capitulū. lxvij.

Qui nocet noceat adhuc: ꝛ q̄ in Apo. xxij
ſordibus eſt ſordeſcat adhuc.
Cū omp̄s deus ad pn̄iam tp̄s indul
get: ꝛ humana malicia ad vſum ſue
iniquitatis intorquet: nimiꝫ iuſto iu
dicio augeri culpa p̄mittit̄: vt ad fe-
riendū altius q̄nq̄ꝫ cumulet̄. Hinc d̄
quibuſdā Paulus apl'us dr̄. Ut im- j. Theſ. ij.
pleant pctā ſua ſp̄. Hinc Dauid ait. ps. lxviij.
Appone iniquitatē ſup̄ iniquitatem
ipſoꝝ: ꝛ nō intrent in iuſticia tua.

Moralium libro. v.

Quia eni̅ (ſicut ſcp̄tū eſt) dn̄s pa-
tiēs redditor eſt/ ſepe diu tolerat q̄s
in ꝑpetuū dānat: vt ꝛ iuſtoꝝ mundi⁹
vita purget̄: ꝛ vt ꝯſiderātibꝫ inſinuet
ad quod eos iudiciū ſeruat: Nōnūq̄ꝫ
vo cōcite p̄cutit: ꝛ eoꝝ interitu inno
centiū corda cōfirmās innocētū pu-
ſillanimitati ꝯſolando ꝯcurrit/ ꝛ etiā

oſtendit qm̄ multa mala nõ deſerit.
Si em̄ nũc oẽs mala agentes ꝑcuteret: extremũ iã iudiciũ q̃b; exhiberet
Si aũt oĩno nullũ ꝑcuteret: q̃s deũ res humanas curare crederet?

De his q̃ pre nimia hũilitate refugiũt predicare. In homelia ſecunda ſcðe ꝑtis ſup Ezechielẽ. Et in paſtorali capitulo .xlix. Capitulũ .lxviij.

Apo.xxij Et ſponſus ⁊ ſponſa dicunt veni: ⁊ q̃ audit dicat veni. Oẽs q̃ cũ predicare digne valeãt pre nimia tñ ⁊ imoderata hũilitate formidantes refugiũt. Diuinas cõtra ſe ſentẽtias terribiliter audiãt: q̃tin⁹ ab eoꝝ cordib; timorem timor expellat. Audiãt q̃ talentũ q̃ erogare noluit cum ſñia damnationis amiſit. Audiãt q̃ Paul⁹ eo ſe a primoꝝ ſãguine mũdũ credidit/q̃ feriendis eoꝝ vitijs
Act.xx. nõ pepercit dicẽs. Cõteſtor vos hodierna die: q̃a mũdus ſũ a ſãguine oĩm/nõ em̄ ſubterfugi q̃min⁹ ãnunciarẽ vobis oẽ ꝯſiliũ dei. Audiãt q̃ Eſayas q̃ a v̄bi miniſterio tacuit/illuſtrat⁹ ſuꝑno lumine magna voce
Eſa.vj. penitẽtie ſe ip̄e repħẽdit dicens. Ve mihi q̃a tacui. Audiãt q̃ dauid hoc deo pro munere obtulit: q̃ p̄dicationis grã; quã acceperat nõ abſcõdit
Ps.xxxix. dicẽs. Ecce labia mea non ꝓhibebo dñe tu cognouiſti/iuſticiã tuã nõ abſcõdi in corde meo/v̄itatẽ tuã ⁊ ſalutare tuũ dixi. Audiant q̃ ſpõſi colloquio ad ſpõſã dr̃. Que habitas in ortis
Can.viij amici auſcultãt. fac me audire vocẽ tuã. Eccl'ia q̃ppe in ortis habitat/que ad viriditatẽ intimã exculta plantaria v̄tutũ ſeruat. Cui⁹ voce amicos auſcultare eſt electos q̃ſq; v̄bũ p̄dicatiõis illius deſiderare. Quã vez vocẽ ſpõſus audire deſiderat: q̃nia; ad p̄dicatiõẽ; ei⁹ ꝑ electoꝝ ſuoꝝ animas anhelat. Voce q̃q; angeli Joãnẽs admonet̃ dicẽns. Qui audit dicat veni. Cui em̄ iã vox dei vocãtis efficit̃ in corde: neceſſe eſt vt primo ꝑ p̄dicatiõis officiũ erũpat in vocẽ/et idcirco aliũ vocet/qm̄ ip̄e iã vocat⁹ eſt. Nimiꝝ em̄ cui ſe vox interna inſinuat illuc etiã clamãdo alios q̃ ipſe rapit̃ deb; trahere/ne clauſas fores ẽt vocat⁹ inueniat ſi vocãti vacuus

De incarnatiõe/paſſiõe/ (appinq̃t. ac reſurrectiõe atq; aſcẽſione redemptoris/nouiſſimaq; oĩ; reſurrectiõe. Capitulum .lxix.

Ego ieſus miſi angelũ meũ teſtificari vobis hec i eccl'ſijs. Ego ſum radix ⁊ gen⁹ dauid/ſtella ſplẽdida ⁊ matutina. Moraliũ lib .xiiij.

Cõditor ⁊ redẽptor nr̃ poſtq̃ oĩa creauit/vt nos d̃ captiuitate redimeret inter nos d̃ ſtirpe dauid incarnat⁹ apparuit/ſuaq; paſſiõe nos a ꝑpetua morte liberauit. Qui flagellat⁹/d̃riſus: palmis ceſus /corona ſpinea coronat⁹/ſputis illit⁹ /crucifix⁹/mortuus ⁊ ſepult⁹/tertia die reſurrexit/ ⁊ reſurrectionẽ quã in ſe factã oñdit q̃a capitis ſui gl'iã; ſequũt̃ mẽbra nobis futurã ꝓmiſit: Moraliũ li .xxix.

Qui natus ex v̄gine velut lucifer inter tñbras nr̃e noctis appãruit: qm̄ obſcuritate fugata pcti/nobis eternum mane nunciauit. Luciferꝝ v̄o ſe inno tuit: q̃a diluculo de morte ſurrexit/et fulgore ſui luminis mortalitatis nr̃e tetrã caliginẽ p̄ſſit. Vñ & ꝑ Joannẽ dicitur: ſtella ſplendida ⁊ matutina. Viu⁹ q̃ppe apparẽs poſt mortẽ matutina nobis ſtella fact⁹ eſt/q̃a dũ in ſemetip̄m exẽplũ nobis reſurrectionis prebuit q̃ lux ſequat̃ indicauit.

De corporū reſurrectiōe.



In homel'. viij. ſcõe ptis ſup Eze
chielē.
Primꝰ em̄ nobis eterne
p̄ꝛie gliam in ſua reſurrectiōe mon-
ſtrauit: q̄ ſurgēs a mortuis iam non
Rom. vi. moꝛit: ꝛ mors ei vltra nō dn̄abit/ no-
biſqꝫ exēplum dedit: vt ea fieri in die
vltimo de nr̄a carne credamꝰ: q̄ fa-
cta de carne illiꝰ in die reſurrectiōis
cognouimꝰ. Sꝫ qꝛ ſmo nobis ꝺ car
nis reſurrectiōe ſe itulit: triſte nimis
ꝛ lugubꝛe eſt valde ꝙ q̄ſdā in eccl'ia
ſtare: ꝛ de carnis reſurrectiōe cogno
ſcimꝰ dubitare. Hāc aūt antiq̄ p̄res
venturā eſſe certiſſime crediderūt: etiā
cū nullū adhuc eiuſdē reſurrectiōis
exemplū tenerēt. Qua igit dānatiōe
digni ſunt/ q̄ ꝛ exēplū iā dn̄ice reſur
rectiōis acceperūt: ꝛ tn̄ adhuc de re-
ſurrectiōe diffidūt. Pignꝰ tenēt: ꝛ fi
deꝫ nō hn̄t: eccl'iam replent. ſed q̄a de
reſurrectiōe ſua dubitāt/ mēte vacua
Job. xix. ſtant. De hac ꝑ beatū Job dr̄. Scio
ꝙ redēptoꝛ meꝰ viuit: ꝛ in nouiſſimo
die de terra ſurrecturꝰ ſum. ꝛ rurſuꝫ
circumdaboꝛ pelle mea: ꝛ in carne
mea videbo deū/ quē viſurꝰ ſum ego
ipſe: ꝛ oculi mei cōſpecturi ſūt. Hinc
Ps. ciij. pſalmiſta ait. Aufer ſpm̄ eoꝝ ꝛ defi-
cient: ꝛ in puluerē ſuuꝫ reuertentur.
Moxqꝫ de carnis reſurrectiōe ſub-
Ibidem. iungit. Emitte ſpm̄ tuū ꝛ creabunt:
ꝛ renouabis faciē terre. Hīc ꝑ Eze-
Ezechie. chielē ꝓphetā dr̄. Oſſa arida audite
xxxvij. verbuꝫ dn̄i. Hec dr̄ dn̄s oſſib' his.
Ibidem. Ecce ego intromittā in vos ſpm̄ et
viuetis: ꝛ dabo ſuper vos neruos: ꝛ
ſuccreſcere faciā ſup vos carnes: ꝛ ſu
perextendā in vobis cutē: ꝛ dabo vo
bis ſpm̄ ꝛ viuetis. Hinc eſt ꝙ ꝓpheta
alius reſurrectiōe dn̄i gen' hūanum
Osee. vi. vidit in finē ſuſcitari/ atqꝫ ait. Viuifi
cabit nos poſt duos dies: i die tertia
ſuſcitabit nos: ꝛ viuemꝰ in cōſpectu
eiꝰ. Hinc eſt ꝙ cū ꝺ ſemetipō dn̄s lo
queret/ adiunxit. Nolite mirari h': qꝛ
venit hoꝛa in q̄ oēs q̄ in monumen Joan. v.
tis ſūt audiēt vocē eiꝰ: ꝛ ꝓcedēt q̄ bo-
na egerūt in reſurrectionē vite: q̄ vo
mala egerūt/ in reſurrectiōeꝫ iudicij.
Hinc Paulꝰ ait. Si em̄ credimꝰ ꝙ
Jeſus mortuus eſt ꝛ reſurrexit: ita ꝛ j. Theſſa.
deꝰ eos q̄ dormierūt ꝑ Jeſum addu iiij.
cet cū eo. Qui rurſus ait. Primitie
dormiētiū xp̄s. Si em̄ nos a mortis j. Corin.
ſomno nō ſurgimꝰ/ q̄uo reſurrectōeꝫ xv.
dn̄icaꝫ ꝑmitias habemꝰ: Ecce vete-
res ac noui p̄res vno ſibi ſpū de car-
nis reſurrectiōe ꝯcoꝛdant: ecce ipa ꝑ
ſe vitas ꝑus voce docuit/ qꝺ ꝺ reſur
rectiōe carnis poſtmodū ope demō-
ſtrauit: ꝛ tn̄ adhuc quoꝝūdā infirmi-
tas fidē nō hꝫ/ etiā in domo fidei ſtās
Sꝫ mirari ſolēt qualr caro reuiuiſce
re poſſit ex puluere. Mirent igit am
plitudinē celi molē terre abyſſos aq̄-
rum/ oīa q̄ in mūdo ſunt: ipſos qꝫ an-
gelos creatos ex nihilo. Minꝰ ē val
de aliq̄d ex aliq̄ facere/ q̄ꝫ oīa ex nihi-
lo feciſſe. Ipa nobis elemēta: ipſe re-
rum ſpēs: reſurrectiōis imaginē p̄di
cant. Sol em̄ q̄tidie nr̄is oculis mo
ritur/ q̄tidie reſurgit. Stelle qꝫ ma-
tutinis hoꝛis nobis occidūt: veſpere
reſurgūt. Arbuſta tp̄ib' eſtiuis ple-
na folijs ꝛ frugib' videmꝰ: q̄ hyema-
li tp̄e nuda folijs/ floꝛib' ac fructib' ꝛ
quaſi arida remanēt: ſꝫ vernali ſole re-
deūte cū humoꝛ a radice ſurrexerit/
ſuo iteruꝫ decoꝛe veſtiunt. Cur ḡ de
hoīb' diffidit/ qꝺ in lignis fieri vide-
tur: Sꝫ ſepe puluerē putreſcēt carnis
nis aſpiciūt ꝛ dicūt. Vnde oſſa ꝛ me-
dul'le: vnde caro ꝛ capilli poterunt h'
reparari: Hec itaqꝫ reqrētes parua ſe-

mina ingentiū arboꝝ videāt: atq; ſi
pñt dicāt: vbi latet in eis tāta moles
roboꝛis/tāta diuerſitas ramoꝝ/tāta
mltitudo ꝛ viriditas folioꝝ: tāta ſpe
cies floꝛum/tāta vbertas ſapoꝝ atq;
odoꝛ fructuū. Nūquid nam ſemina
arboꝝ odoꝛē vel ſapoꝛē hñt: quē ipe
poſt arboꝛes in ſuis fructibꝰ ꝓferūt?
Si ergo ex ſemine arboꝛis qḋ videri
nō pōt ꝓduci pōt: cur de puluere car
nis hūane diffidit: q: ex eo reparari
foꝛma valeat/q̄ nō videt? Sepe autē
obijcere inanē queſtiūculā ſolēt qua
dicūt. Carnē hoīs lupꝰ comedit: lu/
pū leo deuoꝛauit: leo moꝛiēs ad pul/
uerē redijt. Cū puluis ille ſuſcitabit/
qūo caro hoīs a lupi ꝛ leonis carne
diuidet? Quibꝰ q̄d rñdere debemus
niſi vt ꝓus cogitēt qualr in hūc mū
duz venerint: ꝛ tūc inueniēt qualr re
ſurgāt? Certe tu homo q̄ loq̄ris: ali/
qñ in matris vtero ſpuma ſanguinis
fuiſti. Ibi q̄ppe ex patris ſemīe ꝛ ma
tris ſanguine paruꝰ ac liquidꝰ globꝰ
eras. Dic rogo ſi noſti qualr ille hu/
moꝛ ſemis in oſſibꝰ duruit/ qualr in
medullis liquidꝰ remanſit: qualr in
neruis ſolidatꝰ eſt/ qualr in carnibꝰ
creuit: qualr in cute extēſus eſt: q̄lr
in capillis atq; vnguibꝰ diſtinctꝰ eſt:
ita vt nec capilli molliores carnibꝰ: ꝛ
vngues eſſent teneriores oſſibꝰ/ car/
nibꝰ duriores? Si igit tot ꝛ tanta ex
vno ſemine/ꝛ per ſpēm diſtincta ſūt:
ꝛ tñ in foꝛma remanēt ↄiuncta: quid
miꝝ ſi poſſit oīpotēs deꝰ in illa re/
ſurrectione moꝛtuoꝝ carnē hoīs di/
ſtinguere a carne beſtiaꝝ: vt vnꝰ idē
q; puluis ꝛ non reſurgat inq̄tū pul/
uis lupi ꝛ leonis eſt: ꝛ tñ reſurgat in/
q̄tum puluis eſt hominis. Uide itaq;
homo qualr ad vitā veniſti; ne qñ du
bites ad vitā qualr redeas. Cur aūt
rōne vis cōpꝛehēdere qūo redeas: q
ignoꝛas qūo veniſti. Da potētiā cre
atoꝛi tuo: q cōpꝛehēdere nō vales ꝑ
temetipō. Certe eñ q: tu ex terra fa
ctus es/terra vo ex nihilo: tu es crea
tus ex nihilo. Ne ergo de carnis tue
reſurrectiōe deſperes/ꝑpende prudē
ter: quia minus eſt deo reparare quod
erat/q; feciſſe qḋ nō erat. Sed nō po
tes reſurrectiōis effectū rōne cōpꝛe/
hēdere. Perpēde q; multa ſunt que
non intelligis qualr ſunt: ꝛ tamē eſſe
nō dubitas. Dic rogo ſi noſti gyrum
celi/terre cardines/ aquarū abyſſos:
vbi vniunt/vbi ſuſpēſi ſunt? Scimꝰ
autē: q̄a qḋ ex nihilo factū eſt/ pēdet
in nihili. Sed ſi eſt aliq̄d quod dr ni/
hiluz/iam nihilū nō eſt. Si aūt nihil
eſt nihilū/ nuſq; mūdi moles depen/
det: nec eſt vbi ſit qḋ creatū eſt vt ſit.
Quomodo ḡ nuſq; eſt/qḋ nouimus
quia eſt? Sed hec foꝛtaſſe ad te mlta
ſunt/ad temetipm hō reuertere? Cer
te ex ſpū es creatus ꝛ limo: vno inui
ſibili/altero viſibili: vno ſenſibili/ al/
tero inſenſibili. Qūo ḡ ꝑmiſceri po/
tuit in te ſpūs ꝛ limꝰ: atq; ex diuerſo
fieri res nō diuerſa: ita vt in tāta con
uenientia miſceret ſpūs ꝛ limꝰ: vt cū
caro atterit/ ſpūs marceat: ꝛ cū ſpiri
tus affligit/caro ↄtabeſcat? Sed foꝛ
ſitan necdū ꝓuales diſcutere temet/
ipm. Perpēde ergo ſi vales qūo ru/
bꝛum mare virga diuiſuz eſt: qūo pe
tre duricia percuſſione virge vndas
emanauit: qūo virga Aarō ſicca floꝛ
ruit/ qūo ex eius genere veniēs vgo
cōcepit/ qūo ꝛ in partu vgo ꝑmālit:
qūo quatriduanꝰ moꝛtuus iuſſione
ſuſcitatꝰ/ligatus manibꝰ ꝛ pedibꝰ de
ſepulchꝛo exijt. quē poſtmoduz ſolui

dn̄s per diſcipulos iuſſit: qūo idem
redēptor nr̄ in carne atq; oſſib9 reſur
gens/clauſis oſtijs ad diſcipulos in-
trauit. Ecce hec inueſtigare non va-
les/ ⁊ tn̄ credis. Cur ergo de reſurre-
ctionis gl'ia diſputādo ⁊ diſcutiēdo
dubitas: q̄ tam multa myſteria ſine
diſcuſſiōe credidiſti? Qui tn̄ ſi reſur-
rectionē carnis nō credis/ om̄ia ſine
cauſa credidiſti: q2 ⁊ in hoc angeloꝝ
ſpectaculo videris quidez velociter
currere: ſed poſtq̄ cursuz ꝑegeris ne
brauiu; accipias/auerſaris. Vn̄ per
j.Cor.ix. Paulū dr̄. Sic currite vt cōprehen
datis. Qui rurſus ait. Si in hac vi-
j.Co.xv. ta in chriſto tm̄ ſperātes sum9: miſe-
rabiliores ſum9 omnib9 hoib9. Diui
ne aūt virtutis myſteria q̄ cōprehen
di nō pn̄t: nō intellectu ſunt diſcutiē-
da/ ſed fide venerāda. Sciēdū itaq;
nobis eſt: q2 quicq̄d rōne hois cōpre
hēdi pōt/ mir; eſſe iam nō pōt. Sz ſo
la eſt rō in miraculis potētia facien-
tis. Ecce duz de reſurrectiōe carnis
loquimur/ in ea tractāda paululum
immorati ſumus.

In homelia quarta ſecūde partis
ſuper Ezechielem.

¶ Conſiderare aūt libet qui nos ſu
mus q̄ iſta tractam9. Certe exigēti-
bus venim9: certe prēs nr̄i lignoruz
ac lapidū cultores fuerūt. Vn̄ igitur
hoc nobis vt tam ꝓfunda myſteria
ſcripturarū memorem9? Agamus g
gr̄as vni qui cūcta que d̄ eo in ſacro
eloquio ſcripta ſunt/ opere impleuit:
vt que intelligi audita nō potuerūt/
viſa panderent̄. Ibi q̄ppe incarnatio
ibi paſſio/ ibi mors/ ibi reſurrectio:
ibi continet̄ illius aſcēſio. Sed quis
noſtrum hec audita crederet/ niſi fa
cta cognouiſſet? Signatum ergo li-
brū ſicut in hac Joannis apocalypſi
legit̄: quem aperire ⁊ legere null9 po
terat/ leo de tribu Juda aperuit: qm̄
om̄ia eius nobis myſteria in ſua paſ
ſione ac reſurrectiōe patefecit. Et ꝓ
hoc q̄ infirmitatis noſtre mala per-
tulit/ ſue nobis potentie ⁊ claritatis
bona mōſtrauit. Caro em̄ fact9 eſt:
vt nos ſpiritales faceret. Benigne
inclinat9 eſt vt eleuaret. Exijt vt in-
troduceret. Viſibilis apparuit vt in-
uiſibilia mōſtraret. Flagella pertulit
vt ſanaret. Obprobria ⁊ irriſiones
ſuſtinuit: vt ab obprobrio eterno li-
beraret. Mortuus eſt vt viuificaret
Agamus ergo gratias viuificanti ⁊
mortuo: ⁊ ideo amplius viuificanti
quia mortuo: qui per h̄ q̄ infirmat9
mala noſtra ſuſtinuit/ nos q̄ creatu-
ra illius ſumus/ ad fortitudinis ſue
gloriā perduxit. In qua viuit ⁊ re-
gnat cū prē in vnitate ſpūſſancti de9
Per omnia ſecula ſeclorum. Amen.

¶ Expliciūt exceptiones ex opuſcu
lis beati Gregorij pape ſuper nouuz
teſtamentū/ Impreſſe Argētine per
Joannem knoblouch. Anno
dn̄i. M. D. xvj.
die. xxviij.
Julij.

# Sup

dñs per diſcipulos
redéptoꝛ nř in carn
gens/clauſis oſtijs
trauit. Ecce hec inu
les/ ⁊ tñ credis. Cu
ctionis glia diſput
dubitas: ꝗ tam mu
diſcuſſiõe credidiſti
rectionẽ carnis nõ c
cauſa credidiſti: qꝛ
ſpectaculo videris
currere: ſed poſtꝗꝫ
brauiuꝫ accipias/ au
j.Coꝛ.ix. Paulũ dr̃. Sic cu
daris. Qui rurſus
j.Co.xv. ta in chꝛiſto tm̃ ſpe
rabilioꝛes ſum⁹ om
ne aũt virtutis my
di nõ pñt: nõ intelle
da/ ſed fide venerã
nobis eſt: qꝛ quicq
hẽdi põt/ mirꝫ eſſe
la eſt rõ in miracul
tis. Ecce duꝫ de re
loquimur/ in ea tra
immoꝛati ſumus.
In homelia qua
ſuper Ezechielem.
¶ Conſiderare aũ
mus ꝗ iſta tractan
bus venim⁹: certe
ac lapidũ cultoꝛes
hoc nobis vt tam
ſcripturarũ memo
gras vni qui cũct
eloquio ſcripta ſu
vt que intelligi au
viſa panderent̃. Ib
ibi paſſio/ ibi moꝛ
ibi contineť illius
noſtrum hec audi
cia cognouiſſet:

# Lx.

pocalypſi
e null⁹ po
eruit: qm̃
in ſua paſ
ecit. Et p
mala per-
claritatis
fact⁹ eſt:
Benigne
.xvij. vt in-
ruit vt in-
la pertulit
rriſiones
eterno li-
iuificaret
iificanti ⁊
iuificanti
infirmat⁹
ꝗ creatu-
udinis ſue
iuit ⁊ re-
ſancti de⁹
n. Amen.

er opuſcu
per nouuꝫ
gẽtine per-
Anno
.